# MONUMENTA

# PAPYRACEA AEGYPTIA

## BIBLIOTHECAE VATICANAE

PRAESIDE

ALPHONSO CAPECELATRO

PRESBYTERO CARDINALI S. R. E.

SEDIS APOSTOLICAE BIBLIOTHECARIO

RECENSUIT ET DIGESSIT

Orazio
HORATIUS MARUCCHI

EIUSDEM BIBLIOTHECAE SCRIPTOR



ROMAE

EX BIBLIOTHECA VATICANA

TYPIS V. SALVIUCCI LYNCAEOR. TYPOGR.

MDCCCXCI.

# PRAEFATIO

Bibliothecam vaticanam Sedis apostolicae copia et raritate codicum praesertim graecorum et latinorum inter caeteras excellere cuique compertum est. Sed non omnes pariter norunt ibi codices quoque aegyptios et quidem non paucos adservari, et non modo eos qui coptici dicuntur sed etiam qui ad antiquissimam Aegyptum et ad Pharaonum aetatem pertinent. Sunt haec papyra hieroglyphicis vel hieraticis litteris exarata, quae primatum antiquitatis inter codices omnes procul dubio obtinent, utpote cujuscumque scribendi rationis vetustissima monumenta.

Cum vero recensiones codicum manuscriptorum bibliothecae vaticanae multis ab hinc annis inceptae, nunc jussu et munificentia Leonis XIII P. M. alacrius urgeantur, visum est Placido M. Schiaffino viro Eminentissimo Bibliothecario Sedis apostolicae et consilio illustrium virorum bibliothecae regendae ut etiam papyrorum veteris Aegypti descriptio ederetur.

Hujus collectionis sex et quadraginta folia papyracea ab Angelo a *Posi* evangelista ordinis minorum ex Aegypto Romam advecta sunt Pio VII P. M., et prout ex documentis tabularii certo liquet in Bibliothecam inducta die IX[a] Martii anni MDCCCXVIII. Processu vero temporis Hercules Card. Consalvius duodecim alia Bibliothecae tradidit, quae a Belzonio viro illustri dono receperat. Deinde alia variis temporibus

accessere usque ad pontificatum Gregorii XVI. Qui cum museum aegyptium insigne in urbe excitasset, maximam papyrorum partem eo transferri jussit; illa scilicet, quae in conclavibus bibliothecae nostrae oculis omnium exposita erant vitro custodita. Reliqua autem papyra in repositis bibliothecae scriniis usque ad hanc diem servata sunt.

Papyrorum quae in museo, ut commodius observari possint, reposita fuerunt, descriptio jampridem edita est. Cum enim anno 1825 vir celeberrimus Champollionius rei antiquariae aegyptiacae constitutor ac parens Romam venisset, ab illustri viro Angelo Majo bibliothecae nostrae decore et lumine rogatus est, ut hujusmodi documentorum recensionem scriberet. Vir eximius doctissimi amici desiderio satisfecit, descriptionemque ab eo confectam Majus ipse adnotationibus auctam eodem anno praelo commisit, ediditque hoc titulo: *Catalogo dei papiri egiziani della Biblioteca vaticana.* (*Roma, 1825*).

Recensio haec quamvis a viro doctissimo elucubrata, ratione tamen temporis, quo lingua et scriptura veterum Aegyptiorum nondum plene innotuerant, nimis imperfecta evasit et scientiae aegyptologicae postulatis omnino impar. Sane cum integer textus et variae partes funebrium librorum nondum noscerentur et interpretatio scripturae hieroglyphicae adhuc tentando fere procederet, papyrorum perfecta descriptio fieri nullo modo potuit; sed arbitrariae divisiones capitum sunt adhibitae, nomina divinitatum quandoque falsa, defunctorum imperfecta et corrupta sunt nuntiata. Quare recensionem illam litterariae aegyptiacarum antiquitatum historiae documentum vere pretiosum, sed hodierno usui prorsus inutilem esse, et ideo novam ex integro descriptionem institui oportere nemo non videt. Accedit quod vaticana papyra non omnia recensio illa complectitur, nam ea quae in Bibliotheca nunc servantur ad nostram usque aetatem indice et descriptione caruerunt. Quo in numero magnus liber papyraceus uno et triginta foliis constans principem locum obtinet; ejusque editio mihi demandata est anno quinquagesimo sacerdotii Leonis XIII P. M. Nobile mandatum exequutus sum in lucem emissis tabulis phototypicis et libro cui titulus: *Il grande papiro egizio della Biblioteca vaticana contenente il libro del* per em heru, *descritto ed illustrato da* O*RAZIO* M*ARUCCHI.* (*Roma, 1888*).

Nunc autem omnium papyrorum aegyptiae antiquitatis quae in aedium vaticanarum tum museo tum bibliotheca adservantur descriptio plenissima editur, ea ratione et forma, quibus doctorum hominum nostrae aetatis votis et commodis satis fiat.

Enimvero cum de papyris aegyptiis agatur, aliquid de toto hoc documentorum

genere delibare, in gratiam praesertim eorum qui in hac provincia minus versati sunt, fortasse opportunum neque adeo inutile arbitror. De papyri natura ac de illius confectione scripsit Plinius in tritissimo illo *Historiae naturalis* loco (H. N. XIII, 22, 23), ita ut aliquid de hac re dicere superfluum omnino videatur. Papyra antiquiora vel hieroglyphicis vel hieraticis litteris exarata sunt; scriptura quae hieratica dicitur nihil aliud quam compendium hieroglyphicae appellari potest: demotica vero, formam etiam breviorem exhibens, in recentiori tantum aetate adparet. In papyris hieroglyphicis legendis incipiendum est ab eo latere, ad quod figurarum capita respiciunt: hieraticae vero, inscriptiones et demoticae semper a dextra ad laevam procedunt. De aetate papyrorum a palaeographicis notis praesertim judicatur ut fit in codicibus manuscriptis graecis atque latinis. Plerumque antiquiora, sive hieroglyphica, sive hieratica, litteras habent largiores, in recentioribus signa sunt exilia et densa.

Antiquissimae Aegyptiorum litteraturae thesaurum fere totum papyra nobis ostendunt: quippe in ipsis illius populi religionis, philosophiae, historiae, poeseos, nativa et genuina documenta servantur. Omnia haec vel hieroglyphicis vel hieraticis litteris sunt exarata: demotica autem papyra aut epistolas aut computationum formulas exhibent.

Celebriorem famam apud aegyptologos haec papyra obtinent, quae nomine inventoris aut possessoris, uti solet, indicabo.

1 *Abbot.* — Relationem judicii continet de violatione sepulcrorum. (Extat in Museo Londinensi).

2 *Anastasi N. 1.* — In eo legitur descriptio itineris anonymi Aegyptii per Syriam, Phoeniciam et Palaestinam saeculo ante Christum XIV. Editum et declaratum est a Chabasio in praeclaro opere: *Voyage d'un Égyptien en Syrie, en Phénicie et en Palestine. Paris, 1866.* (In Museo Londinensi).

3 *Ebers.* — Agit de medicamentis et eorum proprietatibus. Textus videtur aetatis antiquissimae dynastiae IV^ae^, sed codex est recentioris aevi. (In Museo Berolinensi).

4 *Harris N. 1.* — Dicitur papyrum magicum, quia formulas continet fascinationum. (In Museo Londinensi).

5 *Harris N. 2.* — Pars ejus praecipua praebet allocutionem Ramsetis III dynastiae XX^ae^ ad principes Aegypti, quae ad historiam illius temporis restituendam magni momenti est. (In Museo Londinensi).

6 *Orbyney.* — Parabolam exhibet sive fabulam de duobus fratribus, cui ab aegyptologis nomen inditum est: *Le roman des deux frères.* (In Museo Londinensi).

*7 Prisse.* — Continet praecepta moralis philosophiae. Scriba cuius sententiae hic enuntiantur, vitam agebat in palatio regis Assa Tatkara dynastiae V^a^, scilicet saeculo ante Christum XXXIII°: sed codex est fortasse recentioris aetatis. (In Bibliotheca Parisiensi).

*8 Sallier N. 1.* — Magni pretii est ob fragmentum historicum de postrema aetate regum pastorum. (In Museo Londinensi).

*9 Sallier N. 2.* — Praecepta continet regis Amenemhat I^i^ dynastiae XII^ae^ ad filium Usertesen I^um^. (In Museo Londinensi).

*10 Sallier N. 3.* — Poema continet heroicum de gestis Ramsetis II dynastiae XIX^ae^ a scriba Pentaur compositum. (In Museo Londinensi).

*11 Sallier N. 4.* — Continet kalendarium in quo dies fasti et nefasti indicantur. (In Museo Londinensi).

*12 Sineh.* — In eo vir quidam nomine Sineh aetatis regum dynastiae XII^ae^ iter per regiones Aegypto proximas describit. (In Museo Berolinensi).

*13 Taurinense chronologicum.* — Fragmentum est misere lacerum indicis antiquissimi regum aegyptiorum. (In Museo Taurinensi).

*14 Taurinense judiciarium.* — Agit de conjuratione quadam, aetate regis Ramsetis III. Editum est a Devéria in opere: *Le papyre judiciaire de Turin, 1868.* (In Museo Taurinensi) (1).

Sed prae caeteris omnibus papyra funerea frequentius reperiuntur: quorum tria praecipua genera agnoscimus, nempe *Librum mortuorum*, *Librum* Ṭuau, et *Librum funerum*. Haec documenta in sepulcri parietibus vel in sarcophagis scribebantur, vel denique juxta cadaver papyris tradita conclusa erant, ut preces et formulae in iis exaratae defuncto peregrinanti ad inferos opem ferrent.

Et ad primum documentum quod attinet, illud a Champollionio *Funebris ritualis* nomen accepit: sed a Lepsio, cum papyrum plenissimum Musei Taurinensis ederet, *Das Todtenbuch* seu *Liber mortuorum* vocatum est, potiori jure. Vix enim quasdam

(1) Recensiones praecipuae papyrorum sunt: *Select papyri of the British Museum*, et opus editum a Pleyte et Rossio: *Papyrus de Turin*. Papyra Musei Lugduni Batavorum a Leemans descripta sunt in opere: *Monuments du Musée de Leyde*. Papyrorum Musei Parisiensis extat brevis et accurata descriptio a Devéria edita cui titulus *Catalogue des manuscripts égyptiens du Musée du Louvre. Paris, 1885*. Denique plurium papyrorum interpretatio una cum commentariis et tabulis legi potest in dissertationibus Francisci Chabasii quibus titulus: *Mélanges égyptologiques*.

funebres caeremonias attingit veterum Aegyptiorum; peregrinationes vero animarum plene describit, judicium Osiridis exhibet et preces ac formulas continet, quarum ope defunctus ad beatitudinem assequendam pervenire possit. Hic autem titulus a Lepsio excogitatus, veteribus Aegyptiis prorsus ignotus erat: et recentiores aegyptologi nomen genuinum libelli in ipso textu invenerunt, quod hoc modo constanter legitur:



śāt per em heru

*Liber exitus e die* (*vel*) *in die.*

Cum particula  em, aeque *ex* et *ab* aut etiam *in* vel *ad* reddi possit, factum est ut docti homines de hoc titulo disceptantes in duas praesertim sententias abierint. Lefeburius titulum hunc de exitu « *in die* » (seu *luce diei perdurante*) intellexit, tamquam hic liber defuncto in lucem hujus mundi exire potestatem faceret (1). Sed Devéria et Birchius (2), et nuper Eduardus Navillius (3), sensum tituli per em heru intelligendum esse docuerunt de exitu « *e die* » seu de exitu « *ab hac vita mortali* », ut spiritus purus ac liber spatietur in aere. Cum ego papyrum nostrum vaticanum, quod infra sub N. 1 indicabo, anno 1888 in lucem ederem et de titulo hujus libri breviter disputarem, ad sententiam accessi Navillii, utpote qui magna pollebat auctoritate et novissimus inter aegyptologos de hac re scripsisset.

Nimis a proposito discederem si in hac praefatione de re tam obscura et perdifficili agere vellem. In peculiari commentario de hoc argumento aptior erit huic tractationi locus. Sed ne quaestionem quae titulum ipsum respicit maximae partis documentorum hujus recensionis silentio praeteream, eam paucis attingam.

Ratio potissima qua alii utuntur ut statuant per em heru « *exitus in die* » vertendum esse, haec est: quod exitus ad lucem diei praecipua erat juxta eos operatio animae e corporis nexibus liberatae. Anima post mortem rursus vivere ut iam in mundo vixerat cupiebat: eique maxime in votis erat ambulare, ad umbram sicomori sedere, aquam Nili bibere, et quidquid aliud agere quod prius in terris facere

(1) *Mélanges égyptologiques*, 1873, p. 218-41.

(2) *Catalogue des manuscrits égyptiens du Musée du Louvre*. Paris, 1875, p. 49. Cf. Birch, *The Papyrus of Nas-kem*, p. 3, a. 1863.

(3) *Das aegyptische Todtenbuch der XVIII. bis zur XX. Dynastie*, p. 24 (a. 1886).

consueverat [1]. Quae verissima quidem sunt; sed ad illius tituli significationem tuto statuendam minime, ni fallor, sufficiunt. Juxta doctrinam enim veterum Aegyptiorum, alia multa et potiora erant quae a spiritu defuncti agebantur, quibus cum hac luce diei nil commune erat. Sic ille variis vicissitudinibus in n e t e r - χ e r seu in divino subterraneo loco subditus erat, in aulis Osiridis versabatur, regiones quamplurimas mundi inferioris percurrebat, judicio tandem Osiridis in Amenti intererat [2]. Preces praeterea, formulae et incantamenta, quae in hoc libro continentur, defunctum adversus animalia malefica tuebantur et illum ad subeunda pericula non hujus mundi sed regionum infernalium fortem ac invulnerabilem reddebant.

Quae si attente considerentur, facile natura illius libri elucebit, et ille tamquam codex sacer animarum in *ultramundana* regione habebitur. Quibus positis, titulus « *exitus in die* » plane singularis et solum quibusdam documenti partibus et defuncti actibus respondens mihi videtur: contra titulum « *exitus e die* » ad totius libri argumentum indicandum aptiorem judico. Cum igitur quaestio adhuc insoluta maneat, ego Navillii sententiam sequutus, titulum illum de transitu ex hac vita mortali ad immortalitatem intelligam: in papyris vero hujus recensionis formulam aegyptiam servabo p e r e m h e r u, ut in suo unusquisque sensu abundet.

Liber Ṭ u a u definiri potest *Liber hemisphaerii inferioris* et descriptionem exhibet itineris nocturni Solis in mundo subterraneo. Picturae, quae hoc documentum exornant, stationes duodecim horarum noctis exprimunt adiectis singularum nominibus; et preces continent quibus a defuncto unaquaque hora luminare maius invocari oportet.

Liber tandem *funerum*, vere ac proprie liber ritualis funerum veterum Aegyptiorum appellari potest, et caeremonias omnes describit, quae in pompa funebri et in depositione cadaveris peragebantur. Documentum hoc ex parte tantum ad hanc diem erat aegyptologis notum, sed illius plenissimam editionem iam aliquot ab hinc annis inceptam nuper persolvit praeclarus vir Ernestus Schiaparellius musei aegyptiaci florentini sapiens moderator [3].

(1) Vide de hoc argumento recensionem quam de meo libro scripsit v. c. Caesar de Cara S. J. in ephemeride: *La civiltà cattolica* diei 21 Junii a. 1888.

(2) Saepe in transcriptione papyrorum locutio aegyptiaca e m n e t e r - χ e r nobis occurret, quam ad litteram « *in divino subterraneo* » latine reddam. Subintelligatur in hac dicendi ratione « *in divino subterraneo loco* ». Quandoque locutionem hanc, varietatis gratia, interpretabo: « *in divina regione inferiore* ».

(3) Cf. *Il Libro dei funerali degli antichi egiziani tradotto e commentato da Ernesto Schiaparelli.* Tipografia della R. Accademia dei Lincei. Roma 1890.

Papyra bibliothecae vaticanae, quae hoc volumine describam, fere cuncta funerei argumenti scripta exhibent. Maxima pars papyrorum sive hieroglyphicis sive hieraticis litteris continet librum p e r e m h e r u vel preces ex hoc libro depromptas, alia sunt de libro hemisphaeri inferioris, unum et quidem magni momenti de magicis incantationibus agit: fragmenta etiam non desunt formulas computationum aut hieratica aut demotica scriptura exaratas exhibentia. Documenta denique quae ad recentiorem Aegypti aetatem pertinent sive graecae sive copticae linguae seriem papyrorum concludunt.

Recensio a papyris quae adhuc in Bibliothecae pluteis servantur initium sumet; hisce absolutis, ad illa pleniora quae in Museo Aegyptiaco exposita sunt gradus fiet. Postremum locum documenta recentiora sive graeca sive coptica tam Bibliothecae quam Musei occupabunt. Descriptio erit brevis et quantum fieri potest plena; argumentum codicis, nomen defuncti ad quem ille pertinuit et aetas documenti, si haec innotescat, enuntiabitur. Imagines quibus papyra quandoque exornantur explicabuntur, titulorum denique et etiam notabiliorum partium dabitur interpretatio. Specimen tandem phototypicum papyrorum hoc volumen concludet.

Huius descriptionis pars prima usque ad papyrum XVII N. 60 (quod explicit pag. 62) in lucem prodiit anno 1889, et mense Septembri ejusdem anni eam conventui ad studia rerum orientalium provehenda Stockolmae in Svetia indicto Bibliothecae Vaticanae nomine obtuli. In hoc nobilissimo doctorum hominum consessu de studiis rerum aegyptiacarum in urbe verba feci, de hac descriptione papyrorum disserui, aliquid de praecipuis papyris delibans et praesertim de papyro magico (v. pag. 91 seqq.). Tandem plenam descriptionem musei nostri aegyptiaci iussu doctissimi pontificis Leonis XIII edendam nuntiavi: quae descriptio iam a me incepta est et eius continuationi operam impendo.

Nunc autem nil mihi praefandum restat nisi ut opus hoc non parvo labore absolutum aegyptologorum indulgentiae commendem, dum animo spem concipio illud studiosis rerum aegyptiacarum acceptum atque utile futurum.

Romae, mense Augusto MDCCCXCI.

HORATIUS MARUCCHI.

**Monitum.** — *Titulos vel locutiones quasdam papyrorum transcribens curavi, sicut in more est, ut interpretatio quantum fieri potuit litteralis evaderet et etiam ut dictioni aegyptiacae latina subiiceretur. Unde factum est, ut interpretationes ipsae a purae latinitatis forma aliquando longe abierint.*

# PAPYRUM I.um

Papyrum litteris hieraticis exaratum, uno et triginta foliis constans, figuris partim nigro et partim vario colore depictis illustratum.

Continet librum veterum aegyptiorum cui titulus « šāt per em heru » seu « *liber exeundi e die* ». De significatione hujus tituli satis in praefatione disserui.


Pertinet ad quemdam Paχenāḥ qui appellatur etiam Psamtik: ipse familiae sacerdotum adscriptus erat, quibus nomen Seta em ro-set-ti, quia munus fungenbantur naves sacras in caeremoniis ducendi. — Nomen patris ejus erat Senebef: nomen matris Šepsesreχitu. Vitam sacerdos iste degebat aetate regum saiticorum, scilicet saeculo ante Christum sexto.

Papyrum hoc nuper a me editum et plene descriptum fuit in opere « *Il grande papiro egizio della Biblioteca Vaticana* ecc. », (Roma 1888), quod ad celebranda decennalia quinta sacerdotii Leonis XIII P. M. in lucem protuli.

## N. 1. Folium I.

Columna I. Pictura exhibet funebres caeremonias veterum aegyptiorum quae frequenter delineatae sunt in exordio hujus documenti. Exemplar nostrum initio caret et in prima linea superest tantum postrema pars capituli quarti.

In eadem linea I, cap. VII.



**Ro en seš ḥir tes en Ȧpap mest pu**

*Capitulum transeundi supra dorsum serpentis* Apap (*qui*) *malum est*

Linea IV, cap. IX.



**Ro en ȧbba ȧmenti em heru ȧbba Ȧmemḥu**

*Capitulum transeundi regionem occidentalem in die, transeundi regionem* Ȧmemḥu

Linea VII, cap. X.



**Ro en per em māχeru**

*Capitulum exeundi in verbo veritatis*

Linea X, cap. XI.



**Ro en per er χeftu-f em neter χer**

*Capitulum exeundi adversus inimicos suos in divino subterraneo*

Linea XIII, cap. XII.



**Ro en āk per**

*Capitulum ingrediendi et exeundi*

Linea XV, cap. XIII.



**Ro en āk em χet per**

*Capitulum ingrediendi post exitum*


Linea XVIII, cap. XIV.



Ro en ṭer śapti em àb er àsàr . . . .
*Capitutum auferendi immunditiem ex corde defuncti* . . . .

Columna II. Defunctus genua flectit ante aram oblationum coram deo Rā, qui sedet in throno sinistra sceptrum dextra signum vitae gerens.

Linea I, cap. XV.



Ṭuau Rā Ḥor χuti em uben f em χut em àbti en pet
*Adoratio deo* Rā Hor χuti *dum surgit ipse ex parte orientis coeli*

## N. 2. **Folium II.**

Columna I. Defunctus juxta aram oblationum genua flectit ante Deum Rā.

Sequitur textus cap. XV.

(Super columnam II et III). Defunctus, genibus flexis ante aram, navim solis adorat quae per nilum caelestem circumfertur et continet deos Horum, Thot et Mā. In medio navis floribus lothi decoratae positus est circulus solis.

Columna II.

Linea I. Titulus alter capituli XV.



Ṭuau Rā ḥotep f em ānχti
*adoratio Soli dum occidit in regione vitae.*

Columna III.

Sequitur textus cap. XV usque ad finem.

In inferiori parte hujus sectionis delineata est tabula capituli XVI quod textu et titulo caret. Tabula dividitur in quatuor partes, quae cum ab imo enumerentur sunt ut sequitur:

I. Defunctus cum thuribulo et vase lustrali sacrificium offert.


II. Deus Shou (seu resplendens) discum solis sublevat inter duos volucres capite humano et quatuor cinocephala.

III. Sol radios emittit inter symbola orientis et occidentis.

IV. Defunctus navim solis adorat, in qua sunt divinitates Osiris, Atum, Chepra, Horus.

## N. 3. **Folium III.**

Supra picturam titulus capituli XVII.



Rou nu stesu såχu per heru em neter χer

*Capitula exaltationis manium ut exeant in die e divino subterraneo*



χu em åmenti un em śesu åsår ḥotep em

*Spiritus regionis occidentalis ut sint ex pedisequis Osiridis ut reficiant se*




śebu en un nefer per em ḥeru årt

*panibus Entis benefici ut exeant in die ut faciant*



χeperu nebu en mert-f χeper åm f ḥebāi


*transformationes omnes quas ipse vult ut sint ibi ut ludant*



em senåt un em seḥ per em Ba ānχ en åsår....

*scrupis* (alle dame) *ut sint in aula divina ut exeat anima vivens defuncti....*

Supra sectionem I et II extenditur pictura capituli XVII ut in papyro taurinensi. In utraque sectione textus cap. XVII in quo apparet rubricata, more solito, interrogatio:

 *Quid est hoc?*

peter åref su

## N. 4. **Folium IV.**


Sequitur pictura capituli XVII ut in papyro taurinensi. In utraque sectione sub tabula textus capituli XVII usque ad finem.

## N. 5. **Folium V.**


Incipit cap. XVIII sine titulo.

Columna I. Defunctus stat ante deum Osiridem.
» II. » ante Osiridem, Isidem, Nefti et Rā.
» III. » ante Horum, Thot et aliam divinitatem.
» IV. » ante Osiridem, Horum, Amset, Hapi.
» V. Quatuor divinitates simul conjunctae, Osiris, Isis, Rā et Amset.
» VI. Defunctus stat ante Osiridem, Isidem et Anubim.
» VII. » ante Thot, Osiridem, Anubim.


In omnibus hisce columnis sequens formula legitur:



à Thuti smāχeru àsàr er χeftu-f smāχeru
*Heu* Thot *qui justificas* Osiridem *adversus inimicos ejus justifica*



àsàr . : . er χeftu-f mà smāχeru àsàr er
*defunctum . . . adversus inimicos ejus sicut justificas* Osiridem *adversus*



χeftuf em bà ṫaṫàu sutenu āā àmu . . .
*inimicos ejus ante divinos praesides magnos comites* (sequuntur nomina divinitatum).


## N. 6. **Folium VI.**

Columna I et II. Sequitur textus cap. XVIII.

I. Defunctus stat ante deos Rā, Osiridem, Shou et Tum.
II. Defunctus orat ante Osiridem in solio sedentem, post quem adparent Horus et Isis.

Columna III. Defunctus baculo insistens procedit dextrorsum.

Cap. XIX.



Ro en mahu en māχeru

*Capitulum coronae verbi veritatis*

Sectio IV.

Cap. XX.




Ki Ro en mahu en māχeru

*Aliud capitulum coronae verbi veritatis.*

## N. 7. **Folium VII.**

Columna I. Sacerdos instrumentum ferreum manu dextra sustinens et sinistra foculum gerens stat ante imaginem defuncti.

Cap. XXI.



Ro en ertā ro en àsàr neter àtef seta her em ro-set-ti

*Capitulum reddendi os defuncto divino patri primo* Seta *in* Ro-set-ti

---



Pakenàh mes Śepsesreχitu māχeru

Pakenàh *filio* (*mulieris*) Śepsesreχitu *justificatae*

Columna II. Sacerdos ante aram, manu sinistra cultrum sustinet et dextra instrumentum ad instar cruris bovini cum quo ad defunctum accedit.

Cap. XXIII.




Ro en un ro en sa em neter χer

*Capitulum aperiendi os homini in divino subterraneo.*

Columna III. Defunctus procedit cum amuleto et baculo.

Cap. XXIV.



Ro en àn hekau en sa en f em neter χer

*Capitulum afferendi fascinationes homini in divino subterraneo.*

Columna IV. Sacerdos thuribulum gerens stat ante defunctum.

Cap. XXV.




Ro en ertā ska en sa en f em neter χer

*Capitulum quo fit ut reminiscatur homo sui in divino subterraneo.*

Columna V. Defunctus cum vase cordis genua flectit ante volucrem capite humano.

Cap. XXVI.




Ro en ertā àb en sa en f em neter χer

*Capitulum reddendi cor homini in divino subterraneo.*

Columna VI. Defunctus prope aram cum vase cordis genua flectit ante imaginem divinitatis.

Cap. XXVII.




Ro en tum ertā tet en sa àb f em neter χer

*Capitulum ne auferatur homini cor ejus in divino subterraneo.*

## N. 8. Folium VIII.

Columna I. Defunctus adorat scarabaeum cum disco solis.

Cap. XXX.




Ro en tum ertā tet tu àb en sa mā f em neter χer

*Capitulum ne auferatur cor homini in divino subterraneo.*

Columna II. Defunctus lancea duo crocodila perfodit.

Cap. XXXI.



Ro en χesef emsaḥu ī er tet ḥekau

*Capitulum repellendi crocodila quae veniunt ut auferant fascinationes*




en sa mā f em neter χer

*homini in divino subterraneo.*

Columna III. Quatuor crocodila.

Cap. XXXII.



Ro en χesef emsḫau ī er tet ḫekau χu mā f

*Capitulum repellendi crocodila quae veniunt ut tollant fascinationes ei* (*homini*).

Columna IV. Defunctus lancea serpentem transfodit.

Cap. XXXIII.



Ro en χesef ro nebt

*Capitulum repellendi reptilia omnia.*

Columna V. Defunctus lancea testudinem percutit.

Cap. XXXVI,




Ro en χesef āpśti

*Capitulum repellendi testudinem.*

## N. 9. Folium IX.

Columna I. Defunctus orat ante duos deos sedentes in stylobate cum hieroglyphicis  ānχ *(vita)* et  uās *(pura)*.

Cap. LXXII.



Ro en per em heru åbba åmemåḫu em neter χer

*Caput exeundi e die transeundi regionem* åmemåḫu *in divino subterraneo.*

Columna II. Defunctus baculo insistens procedit versus duo crura serpente superimposito.

Litterae sunt prorsus evanidae, sed titulus restitui potest ut sequitur.

Cap. LXXIV.



Ro en un reṭui per em ta

*Capitulum aperiendi crura* (*et*) *exeundi e terra.*

Columna III. Accipiter basi insistit.

Cap. LXXVII.




**Ro en** **år** **χeperu** **en** **båk** **nub**

*Capitulum immutandi se in accipiter aureum.*

Columna IV. Aliud accipiter.

Cap. LXXVIII.



**Ro en** **pu** **χeperu** **båk** **neter**


*Capitulum immutandi se* (*in*) *accipiter divinum.*

Columna V. Sequitur textus cap. LXXVIII.

## N. 10. **Folium X.**

Litterae et figurae sunt prorsus evanidae. Aliquid legi potest in IV columna, ubi aspicitur humanum caput e loto prosiliens.

Cap. LXXXI.




**Ro en** **årt** **χeperu** **em** **neχeb**

*Capitulum immutandi se in lotum.*

## N. 11. **Folium XI.**

Columna I. Defunctus orat ante basim cui superpositum est vas cum loto.

Cap. XCIV.



**Ro en** **ṭebeḥu** **mesta** **pus** **Tḥuti**

*Capitulum supplicandi cum tabula et theca calamaria deum* **Thot.**

Columna II. Defunctus pervenit ad navim falsi nautae qui eum perdere vult.

Cap. XCIII.




**Ro en** **tum** **ṭu** **ťa** **tu** **sa** **er** **åbti**

*Capitulum ne transeat homo ad orientem.*

Columna III. Defunctus verum nautam invocat, qui ad eum appropinquat in sua navi.

Cap. XCVIII.




Ro en — àn — màt

*Capitulum* — *ducendi* — *navem* màt.

Columna IV. Cap. XCIX sine titulo et tabula. Titulus in papyro taurinensi idem est ac praecedens.

Columna V. Defunctus in navicula solis appropinquatur ad Osiridem.

Cap. C.



Ro en — erta — hotep — Ba — en — χu — ertā — ha-f

*Capitulum* — *ut* — *conjungatur* — *anima* — *cum* — *defuncto* — *ut* — *ipse ingrediatur*



er — uaa — en — Rā — ḫnā — àmu em — χet — f

*in* — *naviculam* — *Solis* — *cum* — *sociis* — *ejus.*

Columna VI. Defunctus gentibus feris orat ante Solem in navi.

Cap. CI.



Ro en — mak — uàa — en — Rā

*Capitulum* [illegible] *protegendi* *hominem* [illegible] *navicula* — *Solis.*

## N. 12. Folium XII

Columna I. Defunctus adorat Solem in navi.

Cap. CII.



Ro en — ḫa — er — uaa — en — Rā

*Capitulum* [illegible] *in* [illegible] *Solis.*

Columna II. Tres divinitates sedent in stylobate.

Cap. CIII.



Ro en un āu åsår

*Capitulum aperiendi portas Osiridis.*

Columna III. Defunctus vas cordis gerens orat ante imaginem divinitatis.

Cap. CVI.



Ro en ertā fu åbu em Ptaḥ ḥat ka.

*Capitulum laetificandi corda in Memphi.*

Columna IV. Defunctus orat ante aram symbolo  (ka) superimposito.

Cap. CV.



Ro en s-hotep ka en sa em neter χer

*Capitulum quo fit ut conjungatur corpus cum homine in divino subterraneo.*

Columna V.

Cap. XC.




Ro en ertā sχa tu en sa em neter χer

*Capitulum quo fit ut reminiscatur homo in divino subterraneo.*

Columna VI.

Cap. CVII.



Ro en āk per em tuau Åment

*Capitulum introeundi et exeundi ab hemisfero inferiore occidentis.*

Columna VII. Defunctus orat ante deos Tum, Sebek et Ḥatḥor.

Cap. CVIII.




Ro en reχ Bau Åment

*Capitulum cognoscendi spiritus occidentis.*

Columna VIII.

Cap. CIX.



Ro en   reχ   Bau   Àbti

*Capitulum cognoscendi spiritus orientis.*

## N. 13. Folium XIII.

Continet tabulam capituli CX, quae exhibet campum spirituum beatorum cui nomen A-arou. In ipso spiritus serunt et metunt frumentum scientiae divinae. In hac tabula sunt quaedam inscriptiones hieroglyphicae. Prope figuram defuncti legitur titulus ejusdem capituli ut sequitur:



Ro en   teb   àtur   χa   fu-f   Ka   nen

*Capitulum fluminis cujus latitudo mille brachia et longitudo dici*

---



ṫeṭ f   nen   un   retu   neb   àm   f   un   àuu   neb   àu   f

*nequit. Non sunt ibi pisces non sunt ibi pisces* àuu

---



nen   un   ḥefu   àm   f

*non sunt ibi serpentes.*

In IV linea legitur:



ast   χu   fu   sen   meḥ tot safeχ   meḥ tot χemt

*Sedes spirituum; extensio eorum implet brachia septem implet brachia tria (frumenti)*

---



àn   sāḥu   àkeru   aseχ-s

*pro defunctis perfectis qui metunt eam.*

Super unam naviculam: Super aliam:



| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ḥuṭu | neter | àm f | Unnofer | ṫefa | ur |
| *Vigilat* | *in ea* | *deus* | Unnofer. | *Cibus* | *abundans.* |

## N. 14. Folium XIV.

Columna I. Defunctus stat ante deum Horum.

Cap. CXI.



| | | | |
|---|---|---|---|
| Ro en | reχ | Bau | Pa |
| *Capitulum* | *cognoscendi* | *spiritus* (*regionis*) | Pa. |

Columna II. Defunctus juxta aram, panibus sacris superimpositis, tres volucres adorat.

Cap. CXII.



| | | | |
|---|---|---|---|
| Ki ro | reχ | Bau | Pa |
| *Aliud capitulum* | *cognoscendi* | *spiritus* | (*regionis*) Pa. |

Columna III. Defunctus adorat deum Horum et genios Tuaumautef et Kebsenuf.

Cap. CXIII.



| | | | |
|---|---|---|---|
| Ro en | reχ | Bau | neχen |
| *Capitulum* | *cognoscendi* | *spiritus* | (*regionis*) neχen. |

Columna IV. Defunctus adorat Ṭhot, Ḥorum et aliam divinitatem cui nomen in textu est  Sa (*intelligentia*).

Cap. CXIV.



| | | | |
|---|---|---|---|
| Ro en | reχ | Bau | en sesennu |
| *Capitulum* | *cognoscendi* | *spiritus* | Hermopolis. |

Columna V. Defunctus adorat spiritus mundi inferioris post quos dea justitiae adparet.

Cap. CXVI.




**Ro en rex Bau ån**

*Capitulum cognoscendi spiritus* Heliopolis.

Columna VI. Defunctus ad ostium appropinquat.

Cap. CXVII.



**Ro en sap maten em Ro-set-ti**

*Capitulum iter faciendi in (regione)* Ro-set-ti.

Columna VII. Defunctus procedit ad aliud ostium.

Cap. CXIX.




**Ro en per em Ro-set-ti**

*Capitulum exeundi e (regione)* Ro-set-ti.

Columna VIII. Tabula eadem est ac praecedens.

Cap. CXXII.



**Ro en āk er sa per em neter χer**

*Capitulum ingrediendi post exitum e divino subterraneo.*

## N. 15. Folium XV.

Columna I. In superiori parte postrema signa adparent tituli capituli CXXV, qui restitui potest ut sequitur:



**šāt en āk er useχt mātui peχa sa em**

*Liber ingrediendi in aulam justitiarum dividendi hominem a*

---



**χuu år en ma ḥiru neteru**

*peccatis quae ipse fecit ut videat facies deorum.*


Sequitur introductio capituli CXXV cum confessione defuncti ante judices socios Osiridis.

Columna II. Sequitur confessio defuncti. In linea XIV incipit textus capituli CXXV.

Columna III. Sequitur textus capituli CXXV usque ad finem.

## N. 16. **Folium XVI.**

Continet tabulam capituli CXXV, seu aulam tribunalis Osiridis more consueto, ut in papyro taurinensi et in aliis. Supra columnam aulae adest inscriptio:



Ȧsȧr neter āā

*Osiris deus magnus.*

Prope figuram Osiridis sedentis in throno legitur:



Ȧsȧr χent Ȧmenti neter āā neb ḫeḫ ḫik ţet-to

*Osiris qui residet in Amenti, deus magnus dominus aeternitatis rex in aeternum.*


Super libram judicii tres lineae litteris jeraticis conspiciuntur:

Linea I.



ţeţ ȧsȧr neter ȧtef Psamtik māχeru māk ȧu ȧ

*Dicit defunctus sacerdos Psammiticus: Justificatus sum ego*



em baḫ neb en ḫeḫ nen ţu śerau ȧ nen meti ȧ ȧu

*ante dominum aeternitatis non est in me crimen non est qui me accuset.*



ȧr en ȧ ţeţ reţu har ȧb neteru ḫir s


*Quod ipse feci homines dicunt laeti sunt dei propter hoc.*

Linea II.




ȧneṭ ḥir k χent Ȧmenti un nefer neb ȧbṭ

*Adoratio tibi qui resides in regione occidentis. Ens bonum dominus Abydos*



ṭu-k ȧbba ḥir ȧ em māten Kektu χnum ȧ śesu-k

*da mihi ut transeam per viam obscuritatis ut ego uniar servis tuis*



ȧmu Ṭuau āk per ȧ em Ro-set-ti

*qui resident* (*in regione*) Ṭuau *ut intrem et exeam e* (*regione*) Ro-set-ti



ḥotep ȧ em useχt en māui ī ȧ Ȧmemḥut

*ut quiescam in aula justitiae ut veniam ad regionem* Amemḥut ».

In hoc exemplari desiderantur inscriptiones quae in aliis papyris leguntur juxta figuras Anubis, Thot, deae Mā et defuncti.

## N. 17. Folium XVII.

Columna I. Continet capitulum CXXVI sine titulo. Tabula exhibet duos lacus igneos a simiis custoditos in quibus animae defunctorum purificantur.


Columna II.

Cap. CXXVII.



śāt en ṭuau neteru kerti ṭeṭ. ȧn sȧ er χeft

*Liber invocandi deos cataractarum. Dici debet ab homine cum*



ȧbu f er sen er ma neter pen

*ipse procedit ad eos ut videat deum hunc.*

Columna III.

Cap. CXXIX.



šāt. en s-åķer sa ertā ha-f er uåa Rā

*Liber qui perficit hominem et concedit ut ipse ingrediatur in naviculam Solis*




ḥnā åmu χetu-f

*cum sociis qui eum sequuntur.*

Columna IV.

Cap. CXXX.



šāt en s-ānχ Ba er ḥeḥ ertā ha-f er uåa

*Liber ut vivificetur anima in aeternum ut ingrediatur in naviculam*



Rā er ī Šennuiu Ṭuau årt en heru

*Solis ut veniat ad familiares Ṭuau. Factus est (hic liber) in die*



mes Åsår

*natali Osiridis.*

## N. 18. **Folium XVIII.**

Columna I. Continet capitulum CXLIII sine titulo et textu. Pictura hujus capituli exhibet naves mysticas itineris animae triplici ordine dispositas.

Columna II.

Cap. CXXXI.



Ro en s-uta er pet er mā Rā

*Capitulum ut iter faciat (defunctus) ad coelum juxta Solem.*

**Columna III. Defunctus baculo insistens stat ante ostium.**

Cap. CXXXII.



**Ro en ertā rer så er ma ḥa**

*Capitulum ut homo circuletur ut videat sedem* (*suam*).

**Columna IV. Defunctus ducit in coelo naviculam Solis.**

Cap. CXXXIII.




**śāt en s-åker χu ḥir åb en Rā årtu heru åbt**

*Liber ut perficiatur defunctus in medio Solis. Haec facta sunt in novilunio.*

**Columna V. Defunctus in navicula Solis.**

Cap. CXXXIV.



**Ṭuau Rā heru åbt enāi em uåa**

*Adoratio Soli in novilunio ut eat* (*defunctus*) *in navi.*

## N. 19. Folium XIX.

**Columna I. Defunctus stat ante aram in navicula Solis.**

Cap. CXXXVI.



**år rou em ḥeru pen sas ḥeb s-kaṭennu**

*Facta sunt haec capitula in hac die festivitatis diei VI* (*mensis*) *ut iter faciat* (*defunctus*)

---




**em uåa en Rā āk er åbṭ**

*in navicula Solis ut ingrediatur Abydum.*

**Columna II. Defunctus adorat canem sylvestrem.**

Cap. CXXXVIII.



**Ro en āk er åbṭ år ka siut**

*Capitulum ingrediendi Abydum ut extollatur flamma.*

In eadem columna II^a legitur capitulum CXXXVII. Tabula exhibet defunctum qui se purificat: post ipsum aspicitur foculum.

Subest titulus ejusdem capituli CXXXVII.



Ro en s-ār ka siut

*Capitulum extollendi flammam.*

Columna III. Defunctus adorat deum Tum.

Sequitur capitulum CXXXIX sine titulo.

Columna IV. Defunctus juxta aram orat ante Osiridem in throno sedentem.

Sequitur capitulum CXXVIII sine titulo.


Columna V. Mulier, genibus flexis, oculum mysticum Osiridis gerit in capite: post eam aspicitur deus Rā.

Cap. CXL.



šāt årtu χeft meḥ uťa em åbt sen

*Liber caeremoniarum quae faciendae sunt cum* uťa *plenus est in mense*



per heru en meḥ

*secundo germinationis in die ultima.*

## N. 20. Folium XX.

Columna I.

Cap. CXLI.



Šāt en s-åker Ba reχ ran-u nu neteru en pet

*Liber qui perficit animam, quo cognoscuntur nomina deorum coeli*



res meḥt neteru åmu neter χer

*meridionalis et septentrionalis et deorum qui resident in divino subterraneo*

neteru Ṭuau år en sa en åtef
*et deorum regionis* Ṭuau. (*Hic liber*) *factus est ad usum hominis pro patre suo*

---

mut-f er pu em ḥeb nu Åmenti s-åker f pu
*et pro matre sua ut sit in festo occidentis et perficiat eum in*

---

ḥir åb en Rā ḥir åb en neteru un f ḥnā sen ṭeṭu
*medio Solis in medio deorum ut ipse sit cum ipsis. Res dicendae*

---

heru en ḥebu ån åsår uṭennu em tau ḥakt
*in die festivitatum a defuncto* (u. s.). *Oblationes in panibus, cerevista,*

---

åḥu åpetu aśeru neter senteri ḥir śiut uṭennu
*bobus, anseribus assis thure super flammam. Oblationes*

---

en åsår em ran-f nebu em ṭuṭu en åsår
*Osiridi in omnibus nominibus ejus facta a defuncto* (u. s.).

Columna II.


Cap. CXLII.

Ki śāt s-åker χu ertā śem f useχtu f
*Liber alter qui perficit spiritus, qui concedit ut defunctus ambulet in aulis suis*




per em heru pen em χeperu neb en mert f reχ
*ut exeat in die hac in formis omnibus quae ipsi placent*

---



ranu nu àsàr em ast-f nebt mer f un f àm
*ut cognoscat nomina Osiridis in sedibus suis omnibus ubi ipse esse vult.*

---



ťeṭu àn Àsàr
*Res dicendae a defuncto* (u. s.).

## N. 21. **Folium XXI.**

Columna I.

Cap. CXLIV.



ranu nu āri safeχ
*Nomina mansionum septem.*

Sub titulo sunt septem divisiones quae mansionibus ipsis respondent. In unaquaque divisione pictura exhibet duas divinitates quae eidem mansioni praesident.

Columna II.

Cap. CXLV.



ḥā em sebeχtu nu seχtu àanrou ḥat àsàr
*Initium portarum in campis* àanrou *mansionis Osiridis*

Sub titulo sunt quatuor divisiones. Pictura uniuscujusque exhibet portam cum divinitate quae eam custodit.

## N. 22. **Folium XXII.**

Sequitur idem capitulum CXLV. Dividitur in columnas novem quae aliis portis mysticis respondent. Pictura eadem est supra singulas columnas.

## N. 23. **Folium XXIII.**

Sequitur capitulum CXLV. Dividitur in columnas octo reliquis portis respondentes. Pictura eadem est ut supra.

## N. 24. **Folium XXIV.**

Cap. CXLVI.



ḥā em sebeχtu en pa àsàr em seχti Àanrou

*Initium portarum mansionis Osiridis in campis* Àanrou.

Sub titulo folium dividitur in quatuordecim columnas, aliis portis domus Osiridis respondentes.


## N. 25. **Folium XXV.**

Columna I. Continet portam decimamquintam et postremam mansionis Osiridis.

Columna II. Continet continuationem et finem capituli CXLVI.

Columna III.

Cap. CXLVII.



Ro sen nu āri en pa Àsàr em Àmenti neteru

*Capitulum secundum aularum domus Osiridis in regione occidentali et deorum*



àmu em Kerti sen

*qui resident in abditis locis suis.*

Sub titulo sunt sex divisiones quae sex aulis Osiridis respondent.

## N. 26. **Folium XXVI.**

Columna I. Pictura exhibet aulam septimam et postremam domus Osiridis. Textus similis est praecedentibus et explicit capitulum CXLVII.

Columna II.

Cap. CXLVIII.



Šāt en s-åker χu ḥir åb en Rā

*Liber qui perficit defunctum in medio Solis.*

Sub textu hujus capituli pictura exhibet defunctum orantem coram deo Osiride Sokari cum capite accipitris, ante quem est ara oblationum. Post deum Sokari adparet dea regionis Amenti.

Columna III. Pictura exhibet septem vaccas et taurum sacrum. Cuique ex hisce sacris animalibus inest nomen mysticum.


Sequitur invocatio ad quatuor gubernacula naviculae Solis.

## N. 27. **Folium XXVII.**

Columna I. Pictura exhibet quatuor gubernacula mystica quae spectant ad folium praecedens.


Columna II. Sequitur capitulum CXLVIII usque ad finem.

Columna III. Quatuor genii qui viscera cadaverum custodiunt:

 Åmset

 Ṭuaumautef

 Ḥapi

 Kebsenuf

COLUMNA IV. Incipit capitulum CXLIX, quod procedit usque ad columnam X^am^.



Rou rex̯ àatu en àsàr en sex̯tu Àanrou

*Capitula cognoscendi mansiones Osiridis in campis* Àanrou.

Supra columnas pictae sunt mansiones Osiridis cum geniis et divinitatibus et symbolis variis.

## N. 28. **Folium XXVIII.**

A columna I^a^ usque ad VII^am^ continentur reliquae mansiones Osiridis cum textu et picturis. In VIII^a^ columna pictura exhibet tabulam capituli CL sine textu et titulo. Tabula exprimit novem regiones mundi inferioris, quarum fit mentio in praecedenti capitulo.

## N. 29. **Folium XXIX.**

COLUMNA I. Pars altera ejusdem tabulae capituli CL cum sex aliis regionibus mundi subterranei.

COLUMNA II.

Cap. CLII.



Ro en ànb àu ḥāt em ta

*Capitulum aedificandi domum in terra.*

COLUMNA III. Continet tabulam capituli CLI triplici ordine dispositam. Titulus deest.

I. Canis sylvestris dei Anubis sedet in stylobate inter duo cadavera.


II. Cadaver jacet in lectulo funebri inter Isidem et Neftim.

III. Canis sylvestris sedet inter duo cadavera ut supra.

COLUMNA IV. Continet tabulam capituli CLII, seu purificationem defuncti. Titulus deest.

COLUMNA V.

Cap. CLIII.




Ro en per em àṭa

*Capitulum exeundi e rete.*

Columna VI.

Cap. CLIV.



**Ro en tum ertā seb Ka en åsår**

*Capitulum ne corrumpatur corpus defuncti* (u. s.).

Pictura exhibet cadaver in lecto funebri et luce Solis circumdatum, seu resurrectionem defuncti.

Columna VII.

Cap. CLV.



**Ro en Tat nub ṭu er χeχ en χu**


*Capitulum aurei amuleti quod poni debet ad collum defuncti.*

In tabula amuletum quod dicitur Tat.

## N. 30. Folium XXX.

Columna I.

Cap. CLVI.




**Ro en Ṫa en χnem ṭu er χeχ en χu**

*Capitulum lapidis pretiosi qui poni debet ad collum defuncti.*

In tabula amuletum Ṫa.

Columna II.

Cap. CLVII.




**Ro en mut en nub ṭu er χeχ χu**

*Capitulum accipitris aurei qui poni debet ad collum defuncti.*

In tabula accipiter cum symbolo vitae ☥ (ānχ).

COLUMNA III.

Cap. CLVIII.



**Ro en usex en nub ṭu er xex en xu**

*Capitulum torquis aurei qui poni debet ad collum defuncti.*

In titulo torques.

COLUMNA IV.

Cap. CLIX.



**Ro en uet̓ en neśem ṭu er xex en xu**

*Capitulum columnae lapidis viridis quae poni debet ad collum defuncti.*

In tabula amuletum ad instar parvae columnae.

COLUMNA V.

Cap. CLX.



**Ro en uet̓ enti ertā Ṭḥuti ḥir ṭuau-f**
*Nomen horae noctis (quae) ducit deum hunc magnum*

---



urt em seḫaχemus
Urtemseḫaχemus [1].

Nomen hoc respondet horae quartae noctis quae dicitur vestibulum Sokaris. Hora quinta, cujus titulus legitur in columna I prope tabulam, refertur ad regionem absconditam Sokaris, quae in tabula ipsa repraesentatur.

[1] Magna in suis formis.

# PAPYRUM XXV.[um]

N. 69-70

Papyrum litteris hieraticis libri per em heru variis fragmentis constans. Pertinet ad mulierem cui nomen:




Ta χen χem mãχeru mes en Nes χon su mãχeru
Taχenχem *justificata* *nata ex* Nesχonsu *justificata.*

N. 69. (Pars superior).

Columna I.

Cap. III.



Ki ro mat ti f
*Aliud capitulum sicut praecedens.*

Columna II. Sequitur pars textus cap. XVIII cum invocationibus dei Thot.

Columna IX.

Cap. XI.



Ro en per er χeftu em neter χerti
*Capitulum quo exi potest adversus inimicos in divina regione inferiore.*

Columna XII. Sequitur parvum fragmentum confessionis defunctae (cap. CXXV). Huic conjungitur pars inferior tabulae cap. CX, qua regio Aanru repraesentatur ut sedes beatorum.

N. 70. (Pars inferior).

Fragmentum cap. CXXV. Superest tantum pars postrema tabulae judicii Osiridis.

Sequitur pars tabulae cap. CXLVIII. Superest figura tauri solaris cum vacca symbolica, et unus ex remis mysticae navis. Huic fragmento male conjuncta est pars inferior tabulae cap. CLI ubi aspicitur canis sylvestris dei Anubis inter duo cadavera exsiccata. Accedit fragmentum aliud in quo est figura defunctae genibus flexis ante tres divinitates.


Inferiori parti tabulae judicii additum est aliud fragmentum in quo legitur:

Cap. XXXIV.



Ro en tum ertā peshu tu sat em neter χer

*Capitulum (quo fit) ne dente feriatur mulier* (1) *in divina regione inferiore*



ȧn ȧm ḥa tep f



*ab illo qui habet retro caput suum* (2).

# PAPYRUM XXVI.UM

## N: 71.

Fragmentum litteris hieroglyphicis recentioris aetatis libri per em heru.

Superest pars inferior tabulae judicii cap. CXXV, sed male disposita. In textu, cujus octo columnae supersunt, formulae et dictiones quaedam leguntur cap. XVIII cum invocationibus dei Thot. Nomen defuncti non adparet.

(1)  sa est *homo* seu persona quaevis. Hic habemus formam feminini generis  sat, nam papyrum pertinet ad mulierem ut diximus.

(2) Scilicet: *ab illo qui caput torquet,* seu *a serpente.*

# PAPYRUM XXVII.[UM]

N. 72.

Papyrum litteris demoticis exaratum. Continet textum quatuor linearum stipulationis habitae tempore regum dynastiae ptolemaicae. Argumentum stipulationis est venditio agri prope Thebem facta a quodam **A m e n o s o r** duobus viris quorum nomina **P s e n a m u n** et **H o r**.

In I[a] linea legitur indicatio chronologica diei septimae mensis *Tobi* anni tertii Ptolomei IV Philopatoris, scilicet anni ante Christum 219 (1).

Scriptura demotica, quae compendium fuit scripturae hieraticae, in usum venit apud Aegyptios sub Pharaonibus dynastiae XXV, saeculo ante Christum octavo: sed communiter adhibita fuit sub Ptolomaeis.

# PAPYRUM XXVIII.[UM] (2)

N. 73.

Papyrum litteris hieroglyphicis columnis verticalibus dispositis et figuris eleganter depictis illustratum, continens partem libri **p e r e m h e r u**. Pertinet ad quemdam defunctum cui nomen:



| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| àsàr | Ḥor | māχeru | àrt | en | Ta-χen-χem |
| *defunctus* | Ḥor | *justificatus* | *filius* | (*mulieris*) | Ta-χen-χem (3). |

(1) Confer Catal. Champoll. pag. 24.

(2) In museo Tab. 21: in Catal. Champ. Tab. 14, pag. 28.

(3) Hoc nomen legi debet Ta-χen-χem vel ut supra Ta-set-χem, quamvis scriba erronce scripsisset ⌓ pro ; nam hac forma legitur in lexico nominum. V. Lieblein, *Dictionnaire des noms* etc., n. 1150.

Videtur aetatis dynastiae XXII, scilicet saeculi ante Christum decimi. Fragmenta hujus papyri male in hac tabula ab origine disposita sunt; quapropter partes quaedam ejusdem capituli nunc separatae adparent. Prout nunc partes dispositae sunt, a dextra ad laevam progrediendo, columnis parallelis observatur.

Columna I. Tabula capituli CII quae defunctum exprimit orantem in navicula solis ante deum Rā. Titulus est: *Capitulum quo ingreditur in naviculam solis.*

Columna II. Tabula rituum funebrium in qua sunt figurae sacerdotum qui pompam funebrem cum sacrorum insignibus comitantur et sacrificium ante sepulcrum offerunt. Tabula respondet capitibus a I ad IV^um^. Sub postrema parte hujus tabulae legitur caput XV quod hymnum continet dei solis.

Columna III. Pugnae defuncti adversus monstra et animalia malefica a capite XXXIII ad XL^um^. Sub figura defuncti qui testudinem transfigit, quae tabula in papyro taurinensi capiti XXXVI respondet, legitur caput XXXVIII cujus titulus est: *Capitulum quo vivitur ex insufflationibus in divina regione subterranea etc.*

Columna IV. Fragmentum hoc male est dispositum et spectat ad tabulam rituum funebrium. In eo aspicitur cadaver exsiccatum quod deus Anubis sustinet: ante cadaver mulier plorans orat genibus flexis.

Columna V. Tabula capituli XXVII: seu defunctus qui quatuor genios inferos adorat. Titulus est: *Capitulum quo fit ne auferatur cor homini in divina regione subterranea.*

Columna VI. Tabula cap. XXVI cum adoratione scarabaei. Titulus est: *Capitulum quo datur cor homini in divina regione subterranea.*

Columna VII. Fragmenta alia male disposita quae ad tabulam funeris spectant.

Columna VIII. Tabula capituli LII. Defunctus sedens ante tabulam lusoriam. Titulus est: *Capitulum quo fit ne defunctus comedat cibos immundos in divina regione subterranea.*


Columna IX. Tabula capituli LIII. Defunctus sedens ante aram oblationum, dextera pateram gerens. Titulus est: *Capitulum quo fit ne defunctus comedat cibos immundos nec bibat res fetidas in divina regione subterranea.*

Columna X. Tabula capituli LIV. Defunctus manu sinistra gerens parvam velam extensam. Titulus est: *Capitulum quo dantur insufflationes defuncto in divina regione subterranea.*


Columna XI. Tabula capituli LVII. Dea Nut quae ex arbore sicomori prosiliens defunctum purificat. Titulus est: *Caput quo respirantur insufflationes et possidentur aquae in divina regione inferiore.*

Columna XII. Tabula capituli CXXVI quae lacum igneum exprimit a quatuor cinocefalis custoditum in quo animae defunctorum purificantur. Hoc capitulum titulo caret.

Columna XIII. Tabula capituli CXXVII. Defunctus orans ante tres divinitates. Supra tabulam legitur titulus capituli ut sequitur:



| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| śāt | en | ṭuau | neteru | kerti |
| *Liber* | | *adorationis* | *deorum* | *duplicis regionis absconditae* |



| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ṭeṭ | ȧn | sa | em | χeft | seperu | er sen | ertā | ma |
| *Dici* | *debet ab* | *homine* | *post* | *quam* | *pervenit* | *ad eos ut* | *detur (ei)* | *videre* |



| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| neter | pen | em | χennu | Ṭuau |
| *deum* | *hunc* | *in* | *interiore parte* | Ṭuau |

Columna XIV. Tabula capituli CXXVIII. Defunctus orans ante Osiridem, Isidem, Horum et Neftim. Titulus est: *Adoratio dei Osiridis.*

Columna XV. Tabula capituli CXXIX. Defunctus remigans in navicula solis, tandem ad Osiridem pervenit. Titulus est: *Capitulum quo perficitur homo et ei datur ut eat in navicula solis una cum sociis ejus.*


Columna XVI. Tabula capituli CXXXVIII. Defunctus orans ante vas misticum pennis dei Ammonis superimpositis. Titulus est: *Capitulum quo ingreditur Abydum.*

Columnma XVII. Tabula capituli CXXXVI. Defunctus ducit naviculam dei Solis. Titulus est: *Capitulum aliud scriptum in festivitate diei sextae propter diem navigationis in navicula solis.*

Columna XVIII. Fragmentum tabulae judicii Osiridis quae spectat ad capitulum CXXVum et cujus partes male dispositae sunt. Apud Osiridem legitur:



| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| **àsàr** | **un** | **nefer** | **māχeru** (1) | **sar** | **neb** | **ṫetto** | **χenti** |
| *Osiris* | *ens* | *bonum* | *justificatus* | *princeps* | *dominus* | *aeternitatis* | *qui residet* |



| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| **àmenti** | **neb** | **àbṭu** | **suten** | **en ḥeḥ** |
| *in regione occidentali* | *dominus* | *Abydi* | *rex* | *aeternitatis* |

Columna XIX. Sequuntur sex ex quindecim portis quae ad capitulum CXLVIum pertinent. Titulus est: *Initium portarum dominii Osiridis* Aanru.

Columna XX. Sex ex septem aulis a custodibus defensae, quae tabulae spectant ad capitulum CXLIVum. Titulus est: *Cognitio nominum custodum septem aularum.*

Columna XXI. Sequuntur XXI propylaea quae ad capitulum CXLVum spectant. Titulus est: *Initium propylaeorum campi* Aanru *mansionis Osiridis.*

Columna XXII. Tabula capituli CXLVIII. Defunctus orans ante deum Sokari, apud quem est dea regionis Amenti. Post defunctum adest uxor ejus quae sistrum gerit. Ad laevam aspicitur alia tabula ejusdem capituli quae exprimit tres ex quatuor remis mysticis, septem vaccas symbolicas et taurum sacrum cum nominibus et formulis consuetis. Hic explicit papyrum.

(1) Titulus iste māχeru *(justificatus)* plerumque defunctis tribuitur, quapropter, notandum est quod hic inveniatur post nomen divinitatis.

# PAPYRUM XXIX.UM (1)

### N. 74-75.

Papyrum hieraticum duobus foliis constans, figuris depictis illustratum, continens capitula quaedam libri per em heru. Pertinet ad quemdam defunctum cui titulus et nomen:




χer-ḥeb-ḥir Pa-ṭu-ma-ḥes mā-χeru

*Sacerdos primus* χerḥeb Pa-ṭu-ma-ḥes *justificatus.*

Hoc nomen compositum est e nomine sacro « ma-ḥes » quod significat: *leo oculi terrificantis* (2). Idem nomen repetitum legitur prope figuram defuncti in omnibus tabulis. Sacerdos χerḥeb erat magister caeremoniarum apud Aegyptios: ipse publicas preces elata voce in sacris pronunciabat: et praesertim in officiis funereis locum habebat (3). In papyro, quod initio et fine caret, capitula haec et tabulae observantur. Tituli capitum supra tabulas descripti sunt: sed textus qui tabulis subest non semper cum titulis convenit.

### N. 74. **Folium I.** — (Pars superior).

Cap. LXXXVIII.



Ro en årt χeperu em emsaḥ

*Capitulum quo fit transformatio in crocodilum.*

Defunctus divinitatem adorat capite crocodili insignem.

(1) In museo Tab. 19. In Catal. Champoll. tab. VII *a*, *b* pag. 19 20.

(2) Signum oculi quod indicat verbum *peter* seu *videre,* adhibetur etiam pro ḥes vel ḥesu, et significat « *terribilis* ». Cf. Chabas, *Voyage d'un egyptien* etc. p. 78. — Cf. Levi, *Vocabolario geroglifico*, vol. V, pag. 206.

(3) Cf. *Zeitschrift für die aegyptische Sprache* 1866, pag. 84; Devéria, *Pap. jud. de Turin* 1870, pag. 61. — Cf. Schiaparelli, *Il libro dei funerali* passim.

Cap. XCIV.



**Ro en per em mestȧ mā Thot**

*Capitulum quo (defunctus) exit cum tabula versus* Thot

Subest tabula defuncti qui cum papyro et theca calamaria stat ante deum Thot.

Cap. XCV.



**Ro en un Thot**


*Capitulum quo (defunctus) aperire potest (locus ubi est)* Thot.

Cap. XCVI.



**Ro en un ro ma Thot ertā χu**

*Capitulum quo (defunctus) aperire potest locum (ubi est)* Thot *et quo datur ut spiritus*



**em neter χer ertā ha-f er uȧa en Rā**

*in divina regione inferiore eat in navi solis*



**ḥnā ȧmu em χetu-f**

*una cum sociis qui sequuntur eum*

Defunctus aulam properat. Idem defunctus orat ante symbolum stabilitatis (Tat). Idem in navi remigans se ad orientem dirigit.

Cap. CI.



**Ro en māχt uȧa en Rā**

*Capitulum protectionis naviculae solis.*

Cap. CII.



**Ro en ha er uȧa en Rā**

*Capitulum (quo) assequitur navim solis.*

Defunctus orans in navi ante divinitatem:

Cap. XCIX ? (1).



Ro en tebeḥu ......... χen uȧa em neter χer

*Capitulum quo invocatur* (?) ..... *pars interior navis in divina regione inferiore.*

In tabula aspicitur navis quam defunctus ascendere debet ut salvus fiat:

In textu sequuntur interrogationes capituli XCIX quae defuncto fiunt a variis partibus naviculae ut ejus scientia probetur, hac formula pluries repetita:



ṭeṭ en ȧ ran ȧ

*Dic mihi nomen meum.* etc.

Cap. C.



Ro en ertā ḥotep Ba ..... em neter χer

*Capitulum quo conjungitur anima* ... *in divina regione inferiore.*

Cap. LIV.



Ro en ertā nifu em neter χer

*Capitulum quo dari possunt insufflationes in divina regione inferiore.*

Defunctus velam extensam sustinet.

Cap. LIX.



Ro en sȧu mu em neter χer

*Capitulum quo bibit* (*defunctus*) *aquam in divina regione inferiore.*

Defunctus aquam purificationis recipit a dea Nut quae ex arbore sacro prodit.

Cap. LXXXV.



Ro en tum āk er χebt-f nen sek reχ

*Capitulum ne ingrediatur* (*defunctus*) *locum supplicii. Non damno afficitur qui scit* (*hoc capitulum*).

In tabula aspicitur vas ex quo flamma elevatur.

(1) Titulus iste prorsus differt a titulo capituli XCIX juxta exmplar taurinense, ubi legitur: *Capitulum quo dirigitur navis in divina regione inferiore.*

Cap. LXXXVI.



**Ro en** **årt** **χeperu** **em** **ment**
*Capitulum quo fit transformatio in hirundinem.*

**Hirundo rupi insistens.**

Cap. LXXXVII.



**Ro en** **årt** **χeperu** **em** **ārāt**
*Capitulum quo fit transformatio in uraeum.*

**Uraeus humano capite insignis.**

Cap. LXXXII.



**Ro en** **årt** **χeperu** **em** **Ptḥa**
*Capitulum quo fit transformatio in deum* **Ptḥa.**

**Defunctus ante aram oblationum deum Ptḥa adorat.**

Cap. LXXXIII.



**Ro en** **årt** **χeperu** **em** **bennu**
*Capitulum quo fit transformatio in phoenicem.*

**Phoenix seu symbolum resurrectionis.**

Cap. LXXXIV.




**Ro en** **årt** **χeperu** **em** **shenti**
*Capitulum quo fit transformatio in avem* **shenti.**

**Avis Shenti.**

**Sequuntur tituli quidam evanidi et lacunosi. Ipsis subest figura defuncti qui duos serpentes transfigit et ejusdem qui sistrum et signum vitae gerit.**

Cap. XLI.



**Ro en** **χesef** **śāṭ**
*Capitulum quo repelli potest (id quod) destruit . . . . . . .*


**Defunctus serpentem transfigit: idem procedit baculo insistens.**

**Sequitur pars lacunosa, ubi tituli haud facile dignosci possunt. In tabulis aspicitur defunctus sedens, uraeus super crura humana et idem defunctus qui procedit baculo insistens. Melius servatae adparent tabulae capituli XXXVI (defunctus qui testudinem transfigit) et capituli XXXV (defunctus qui serpentem interficit).**

**Cap. XXXII.**



**Ro en χesef emsaḥu i er tet ḥekau**
*Capitulum quo repelli possunt crocodila quae veniunt ut auferant fascina*



**em neter χer**
*in divina regione inferiore.*

**Defunctus quatuor crocodila transfigit.**

**Sequitur defunctus cum baculo. Post ipsum adest mater ejus cum sistro et hac inscriptione.**



**Mut-f nebt pa χaā-sen-àsit māχeru**
*Mater ejus domina domus* **χaā-sen-àsit** *justificata.*

**Cap. XXIII.**



**Ro en un ro en sa em neter χer**
*Capitulum quo fit caeremonia aperiendi os homini in divina regione inferiore.*

**Tabula deest.**

**Cap. XXVI.**



**Ro en ertā ḥat en sa en f em neter χer**
*Capitulum quo concedi potest cor homini in divina regione inferiore.*

**Defunctus orat ante avem capite humano. Supra adest inscriptio:**



... **neter ṭua Paṭumaḥes māχeru**
... *adoratio* **Paṭumaḥes** *justificati.*

Cap. LXIV.



**Ro en tum per em heru em ro uā**

*Capitulum quo perfecte exire potest* (*defunctus*) *e die in capitulo uno*

(i. e. *scriptum est in capitulo uno*).

Defunctus se ad discum solis radiantis dirigit.

Super discum solis legitur:



**pa χeper ..... em neter χer**


*transformatio* (?). . . . *in divina regione subterranea.*

Cum textu prolixi hujus capituli, quod magni momenti est, explicit pars superior papyri. Ad extremum, super figuram divinitatis sedentis, titulus legitur capituli XXIX hoc modo:



**Ro en tum ertā neḥem tu ḥat en sa en f**

*Capitulum quo fit ne auferatur cor homini*



**em neter χer**

*in divina regione inferiore.*

N. 75. **Folium II** (pars inferior quae male separata est a superiore).


Fragmenta haec sunt male conjuncta et lacunosa: inter haec dignosci possunt. Fragmentum cap. CXLII cum invocationibus Osiridis. Prima invocatio quae superest est Osiridis rex Heliopoleos:



**àsàr hik ťet ta em On**

Accedit fragmentum cum quatuor figuris divinitatum. Sequitur defunctus in navicula solis absque titulo capituli. Accedunt fragmenta alia sine titulis, cum figuris

divinitatum et navicula defuncti. Post paginam textus, super columnam sequentem pictae sunt duo naves misticae: in secunda legitur nomen defuncti:



Paṭumaḥes

Tandem adest fragmentum capituli CXXV, quod ad judicium Osiridis spectat: tituli ejusdem capituli haec signa supersunt:



Sequuntur invocationes quaedam judicum infernalium. Haec est prima invocatio quae superest:



a ḥir f ḥa tep f per em tepeḥ t̓a

*Oh ille cui est retro caput exiens ex abscondito loco transitus!*

# PAPYRUM XXX.$^{um}$

## N. 76 (1)

Papyrum integrum litteris hieraticis et figuris nigro colore depictis illustratum continens capitula quaedam libri **per em heru**. Videtur aetatis dynastiae XXII$^{ae}$ scilicet saeculi ante Christum decimi. Tabula exprimit defunctum prope aram panibus et aliis oblationibus refertam ante Osiridem nigra facie sceptro et flagello insignem.

Prope figuram divinitatis haec formula litteris hieroglyphicis legitur:



suten ţu ḥotep en àsàr nebt ḥeḥ


*oblatio ex parte regis facta est Osiridi domino aeternitatis*



χent àmenti (2)

*qui residet in Amenti*

Prope figuram defuncti litteris hieroglyphicis ut supra:



ţu f ḥotep em neter senter ḥak en àsàr neter àt en

(*ut*) *concedat ipse oblationes in thure et cerevisia defuncto sacerdoti*



àmun Setimes māχeru

*Ammonis* Setimes *justificato.*

(1) In catal. Champ. Tab. VII. C. pag. 20.

(2) Haec formula Suten ţu hotep, quae saepe legitur in aegyptiis monumentis praesertim sepulcralibus, nunc interpretatur *oblatio ex parte regis* et non *oblatio regalis vel splendida* ut antea mos erat. Cf. Schiaparelli, *Il Libro dei funerali*, II, pag. 184. Haec dictio referri debet ad religiosam conceptionem aegyptiorum juxta quam sacrificium oblatum a Pharaone, prout filio solis, gratius erat divinitati.

(3) Determinativum deest. Titulus neter àt idem est ac neter àtef *« divinus pater »* seu *sacerdos.*

**Nota est dignum quod iste sacerdos, cujus nomen compositum est ex nomine dei Set, officium gerebat in templo Ammonis.**

**Ad laevam tabulae exaratus est textus decem et septem linearum, in quo haec capitula observantur ut sequitur:**

**Linea I. — Cap. XXIII.**



**Ro en un ro en sa en f em neter χer**

*Capitulum quo fit caeremonia aperiendi os homini in divina regione inferiore.*

**Linea IV. — Cap. XXIV.**



**Ro en ȧn ḥekau sa en f em neter χer**

*Capitulum quo transferri possunt incantationes ad hominem in divina regione inferiore*


**Linea VII. — XXV.**



**Ro en ertā s-ka ran f em neter χer**

*Capitulum quo fit ut (homo) reminiscatur nominis sui in divina regione inferiore.*


**Linea IX. — Cap. XXVI.**



**Ro en ertā ḥat en ȧsȧr**

*Capitulum quo reddi (potest) cor defuncto . . . . .*

**Linea XV. — Cap. XXVIII.**




**Ro en tum ertā tet en tu ḥati en ȧsȧr . . . . .**

*Capitulum ne tollatur cor defuncto. . . . .*

# PAPYRUM XXXI.UM

## N. 77 (1).

**Papyrum integrum litteris hieraticis et figuris nigro colore depictis illustratum temporis dynastiae XXIIae. Tabula exprimit mulierem defunctam prolixis capillis dum offert ante aram panes sacros deo Osiridi sedenti super thronum. Ibi legitur litteris hieroglyphicis:**




**tet ȧn ȧsȧr neb ḥeḥ χenti ȧmenti ḥir ḥat**
(*Dicendum*) *Osiris dominus aeternitatis qui residet in Amenti in medio*



**śu āā neter neb tatau tu-s en χetu neb**
*duplicis regionis deus magnus dominus regionis* **Tatau** *concedat ei res omnes*



**nefer āb en nebt pa kemā en ȧmun Rā Suten . . . . . . . . . . . . .**
*bonas et puras dominae domus sacerdoti Ammonis . . . . .*



**nes χonsu māχeru**
**nes χonsu** *justificatae.*

**Textus decem et octo linearum ad dexteram continet compendium capituli XVII**

**(1) In catal. Champoll. tab. VIII *d*, pag. 20.**

in quo doctrina religiosa Aegyptiorum explicatur. Incipit a titulo qui differt ab exemplari taurinensi et ita se habet:



Hā em śātu per em hau ro en per em

*Initium libri quo exire potest (defunctus) e die. Capitulum quo exire potest (defunctus)*

---



hau àrt χeper... χeperu neb en mer.......

*e die et facere transformationes omnes quas ipse vult.......*

In textu legitur, duodecies repetita formula interrogationis rubro colore depicta:



petrà ref su

*quid est hoc?*

Huic interrogationi de praecipuis mysteriis religionis defunctus respondere debet ut beatitudinem assequatur. De hoc capitulo XVII, quod magni momenti est, docte disseruit vir clarissimus Emmanuel de Rougé, qui primum ejus traductionem edidit (1).

---

# PAPYRUM XXXII.UM


## N. 78.

Papyrum litteris demoticis exaratum aetatis ptolemaicae quinque columnis constans, quarum prima est fere omnino evanida. Continet textum, ut videtur, computationis privatae in quo manus diversae dignosci possunt.

(1) Vide ejus dissertationem « *Étude sur le rituel funéraire des anciens Égyptiens* » in ephemeride « Revue archéologique » 1860, pag. 40 seqq.


# PAPYRUM XXXIII.UM

N. 79.

Fragmentum litteris hieroglyphicis columnis verticalibus dispositis et figuris nigro colore depictis illustratum. Continet partem libri per em heru et scriptum fuit pro defuncto.  Ȧr Ḥoru.

Nomen patris ejus erat:  Nomen matris: 
Patuȧmenȧpt Ṭu Ḥor

In columna XXVIII incipit capitulum cum titulo:



Ro en un · āāu en ȧsȧr
*Capitulum quo aperiuntur portae defuncto . . . . .*

Tabula ad laevam respicientis exprimit, inter alia signa, amuleta quibus collum defunctorum veteres Aegyptii exornabant et quae delineata adparent in capitulis CLV, CLVI, CLVII, CLVIII, CLIX, CLX, CLXI.

In linea superiore tabulae sunt duo oculi alis exornati et super crura gradientes ut in capitulo CLXIII: deinde amuletum , vultur aureus, sceptrum, amuletum tat et deus Kem itiphallicus corpore scarabaei et capite humano ut in capitulo CLXV.

In linea superiore haec aliae figurae depictae adparent. Crocodilum capite accipitris super basim. — Cinocephalum. — Homo sedens dextera flagellum tenens. — Amuletum  Scarabaeum. — Columna quae dicitur uaṫ ut in capitulo CLIX et alia columna ut in cap. CLX. — Nomen defuncti scriptum est in rectangulo hoc modo:



ȧsȧr · Ȧr Ḥoru

(1) In Catal. Champ. Tab. XII, lett. E, pag. 26.

# PAPYRUM XXXIV.UM

N. 80-81.

Fragmentum litteris hieroglyphicis et figuris nigro colore et partim rubro depictis illustratum continens partem libri **per em heru**. Nomen defuncti non adparet.

80. Pars superior tabulae capituli CXXV. Superest tantum ornatus coronae aedificii seu aulae in qua Osiris animas defunctorum judicat. Ad dexteram conjunctum est parvum fragmentum capituli CXLVI propylaeorum Osiridis.

81. Fragmentum aliud ejusdem capituli CXLVI. Dignosci potest tabula et titulus propylaei noni cum inscriptione:



**sebeχt** **paut** **àm** **ḥāt** **nebt** **user**
*porta* *nona quae est in fronte dominae fortitudinis.*

# PAPYRUM XXXV.UM

N. 82.

Fragmentum litteris demoticis quinque lineis horizontalibus constans. Continet parvum textum stipulationis: in hoc, juxta catalogum Champollionii, legitur indicatio chronologica anni undecimi alicujus aerae et primae diei mensis Cojak (1).

(1) Catal. Champ. pag. 25 Tab. XII lett. B.

# PAPYRUM XXXVI.UM

N. 83 (v. tabulas in fine voluminis).

Papyrum litteris hieraticis exaratum et quatuor columnis constans, figuris carens. In catalogo Champollionii perperam descriptum fuit prout continens titulos et elogia alicujus Pharaonis hisce verbis juxta editionem quam dedit Angelus Majus: « *Contiene gli encomi ed il panegirico di un re con le lodi ed i vari titoli di un gran numero di Dei protettori* (1) ». Nec mirum: nam observare oportet quod eo tempore scripturae hieraticae nondum recta interpretatio ab aegyptologis inventa fuerat, sed tantum signa hujus characteris explicabantur.


Papyrum nihil prorsus hujus generis exhibet, sed continet textum magicum, scilicet formulas et deprecationes quasdam adversus divinitates maleficas, serpentes et caetera animalia nociva. Compositiones sacrae hujus naturae haud frequentes sunt in aegyptiaca literatura et in collectione nostra vaticana papyrum hoc unicum est hujus argumenti. Exemplar maximi momenti hujusce generis est papyrum cui nomen Harris, nunc in museo londinensi, quod editum fuit a Francisco Chabas (2): documentum simile in eodem museo est papyrum quod dicitur Salt (3). Alia ejusdem naturae extant in museo Parisiensi et in Taurinensi (4). Haec papyra sunt omnia ex ipso argumento valde obscura et nondum plene ab aegyptologis explicata.

Papyrum nostrum ex indiciis paleographicis judicari potest aetatis quae intercedit inter dynastias XIXam et XXIIam, scilicet inter saeculum decimumtertium et decimum ante Christum.


In textu quaedam rubricae repetitae extant quae initium exorcismi indicant adversus elementa malefica ne homini noceant. Formula hujus rubricae est ut sequitur:

 (5)

nen ḥā t *ne stes* (*contra* etc.)


(1) Catal. Champoll., pag. 26, lett. D.
(2) *Le papyrus magique Harris* (Chalons sur Saone 1860).
(3) Cf. Birch in ephemeride *Revue Archeologique* 1863, pag. 119; ibidem pag. 427.
(4) Cf. Déveria *Catalogue des manuscrits egyptiens qui sont conservés au musée egyptien du Louvre* (a. 1881) pag. 171-78. — Pleite et Rossi, *Les papyrus du musée de Turin* (cf. Tabulam 131).
(5) Signum  quod legitur ḥā interpretatur *surgere, stare*. De formula  vide quod scripsit v. cl. A. Erman in ephemeride: *Zeitscrift für die aegyptische Sprache*, 1889, fasc. I.

Haec formula notari debet utpote alicujus momenti, nam differt ab aliis quae in papyris leguntur magicarum incantationum. Et revera in papyro Harris legitur:



ḥā en k māķu
*Vade retro* māķu ([1])

In papyris autem musaei taurinensis:



àu à śenā metu
*Repello ego venenum.*

In papyro nostro vaticano formulae jam descriptae sequitur nomen cujusdam partis humani corporis a qua cum invocatione illa Aegyptii maleficos influxus repellere putabant. Nomen defuncti vel viventis pro quo textus conscriptus fuerat desideratur ut in plurimis ejusdem generis. Formulae deprecatoriae, rubro colore in primis signis depictae, sunt contra divinitatem maleficam muliebrem, nam determinativum post verba  est femininum : et idcirco huic signo litteram *t*, feminini generis propriam, subscribimus. Cum textus obscurus et mutilus sit, papyrum in tabulis II^a et III^a phototypice exprimitur, ut qui velit interpretationem integram adgredi possit; nunc vero rubricas tantum incantationum explicabimus a columna I^a dextrorsum respicientis ad laevam progrediendo. Notandum est quod post has formulas adest signum interpunctionis rubro colore depictum, quod signum adparet etiam hinc inde in reliquo textu.

## Columna I.

Linea III.



nen ḥā t em sepet f·
*Ne stes contra labrum ejus.*

Linea IV.



nen ḥā t em tes tu f
*ne stes contra dentem ejus*

([1]) Māķu est unum ex nominibus crocodili. Cf. translationem quam de hoc papyro dedit idem Chabas in *Melanges égyptologiques*, vol. I, pag. 248. In papyro Salt formula contra deos maleficos est: *facies vestras avertite* (cf. Birch, l. c.).

Linea VI.



nen ḥā t [em] nesit f

*ne stes adversus linguam ejus*

Linea X.



nen ḥā t em kāḥit-tu-f

*ne stes adversus humerum ejus.*

## Columna II.

Linea I.



nen ḥā t em χopeś-f

*Ne stes contra coxendicem ejus*

Linea II.



nen ḥā t em ṭebu fi (1)

*ne stes contra digitos ejus*

Linea IV.



nen ḥā t em ro-n ḥat-f

*ne stes contra os cordis ejus*

Linea V.



nen ḥā t em ḥati-f

*ne stes contra cor ejus*

Linea VII.



nen ḥā t em na tesitu en ati-f

*ne stes contra vertebras humeri ejus*

(1) Forma pronominis possessivi adfixi  fi pro  f non infrequens est.

Linea IX.



nen ḥā t em peḥti tu f

*ne stes contra partem ejus posteriorem*

Linea X.



nen ḥā t em ḥunnui-f

*ne stes contra membrum ejus* (1)

## Columna III.

Linea II.



nen ḥā t em àp tu-f

*ne stes contra frontem ejus*

Linea VII.



nen ḥā t em àrt-tu-f

*ne stes contra oculum ejus.*

## Columna IV.

Linea VII.



nen ḥā t em ānān f

*ne stes contra cranium ejus*

Linea VIII.



nen ḥā t em sāsāt f

*ne stes contra gutturem ejus*

(1) Verbum hoc ita explicatur in papyro quod dicitur d'Orbyney (cf. De Rougé, « *Le roman des deux fréres* » p. VIII). Signum quod ante (determinativum ossi) scriptum est legi potest pro vocali *i*: nam ita aliquando adparet pro .

Linea IX.



nen ḥā t em neḥebt f

*ne stes contra collum ejus.*

Textus fortasse erat satis prolixus nam principio et fine caret et columnae ipsae quae supersunt lacunis abundant. Nomina divinitatum et geniorum hinc inde notantur: et pars columnae III (lin. 2-5) respondet textui inscriptionis a Golenischeff editae in libro cui titulus « *Metternich Stele* » (Leipzig, 1877, pag. 3).

In linea I[a] columnae II[ae] post exorcismum ad malum arcendum a  χopesch seu a *coxendice*, legitur nomen dei Set hisce verbis:



pa amu en Ḥor pa semḥi 'en Set

*dextera* *dei* Ḥor *sinistra* *dei* Set


Nomen  Set vel fortasse etiam  Suteχ pertinet ad vetustissimam religionem Syriae et Aegypti et tamquam deus beneficus solaris colebatur praesertim in Aegypto inferiore. In superiore Aegypto autem, seu in schola sacerdotum Abydi, deus Set pro malefica divinitate habebatur ut inimicus dei Ḥori. Processu vero temporis systemata haec contraria ad concordiam venerunt et deus Set ubique adoratus fuit opere, ut videtur, sacerdotum Hermopolis ubi dei Thot praesertim cultus florebat. Inde factum est quod hoc religiosum foedus symbolice expressum fuit per mythum dei Thot qui duos advesarius, Horum nempe et Set, dividit et amicos reddit (1).

In papyro nostro formula haec protectionem indicat dei Ḥori et dei Set qua homo a malefico influxo tuebatur. Et sic in papyro magico Harris, de quo supra jam diximus, devotus personam ipsam dei Set gerit et ad arcendos maleficos genios hac formula inter alias utitur  Ȧnuk Suteχ « *Ego sum* Suteχ ». (Pap. Harris VIII. 8).

Simili modo in reliquo textu papyri nostri aliae divinitates invocantur ut genios maleficos arceant ne homini noceant et homo ipse eorum nominibus se tegit atque defendit. Quae quidem invocationes aliquam similitudinem habent cum formulis quae quandoque in amuletis varii generis inveniuntur et praesertim in illis ubi Horus aspicitur dum crocodila pedibus conterit (2).

(1) De hac re censuli potest Schiaparelli, *Il libro dei funerali.* Parte II, pag. 225. Deus Thot in hoc mytho nomen habebat  ȧp reḥui seu *ille qui dividit duos adversarios* cf. O. Marucchi. *I leoni del re Nektanebo* (Bullettino archeol. comunale. Novembre 1890).

(2) Cf. *Zeitschrift für die aegyptische Sprache* 1868, p. 98, 135.

Notari tandem oportet quod notiones mysticae artis magicae apud veteres Aegyptios utillimae evadi possunt ad illustrandam Scripturam sacram: nam ubi miracula Moysis ante conspectum Pharaonis enarrantur, de incantationibus serpentum agitur quae fortasse magicis hisce textibus fiebant. — Sic enim legimus in Exodo VII. 11: « *Vocavit autem Pharao sapientes et maleficos et fecerunt etiam ipsi per incantationes aegyptiacas et arcana quaedam similiter.* Incantatores Aegypti vocantur in textu hebraico חַרְטֻמֵּי מִצְרַיִם; et haec vox חַרְטֻמִּים legitur etiam in Exodo IX. 11 ubi dicitur quod incantatores Aegypti stare non potuerunt ante conspectum Moysis. Quae vox hebraici textus originem ducit ab aegyptiis  χer *loqui* et  tum *abscondita:* unde interpretari potest: « *ii qui secreta loquuntur* seu *qui incantationes magicas proferunt* (1). Hoc igitur est unum ex verbis illis Pentateuchi quae ab aegyptiaca fonte manant et magis magisque autentiam sacri textus monstrant et Moysem, eruditum in *omni scientia Aegyptiorum*, ejus auctorem fuisse confirmant.

Tandem observari etiam juvat quod superstitiones istae ab Aegyptiis ad Graecos, a Graecis ad Romanos transierunt, qui magicas formulas etiam contra viventes vel mortuos habebant et *defixiones* vocabant: quin imo Christiani ipsi formulis deprecatoriis ejusdem generis, et fortasse ex illis depromptis, spiritus immundos repellere consueverunt (2). Sed notandum est quod mens Christianorum ab ethnicis superstitionibus omnino abhorrebat; ipsi nempe genios maleficos, seu daemones, in nomine Dei uni et veri fugabant, ut pie nunc etiam sacris exorcismis utitur Ecclesia (3).

Ex dictis patet papyrum hoc magni momenti esse et dignum ut ejusdem quandocumque plena editio fiat.

(1) Cf. Harkavy *Les mots egyptiens de la Bible* in ephemeride « Journal Asiatique » 1870 p. 169.

(2) De hac re consuli possunt inter alia haec scripta: C. Stornajolo, *Piombo magico descritto* « Bull. dell'Istituto archeol. » 1880. — L. Bruzza, *Tessera esorcistica* « Bull. archeol. comun. » 1881 p. 163 segg. — O. Marucchi, *Di una rarissima statua della dea Epona* « Annali dell'Istituto » 1881. — G. Cozza-Luzi, *Di un antico filatterio cristiano*, 1887. — E. Le Blant, *Les premiers chretiens et le dèmon* « Atti della R. Accademia dei Lincei » 1888 vol. III, parte I.

(3) De phylacteriis quibus etiam veteres Christiani utebantur ad daemones fugandos docte disseruit v. c. J. B. de Rossi in « Bullettino di archeologia cristiana » 1869.


# PAPYRUM XXXVII.um

### N. 84.

Fragmentum papyri litteris hieraticis exaratum quinque columnis constans. Continet partem textus computationis in quo signa numerica sunt frequenter adhibita et rubro colore depicta; est fortasse adnotatio impensarum alicujus scribae. Pertinet ad aetatem dynastiae XIXae prout ex indiciis paleographicis judicari potest.

Hinc inde adparent tituli quorumdam officialium qui publicis administrationibus praesto erant et tituli professionum.

Inter haec notantur:



| àn semṭotu | pa tep uu | āa | senu |
|---|---|---|---|
| *Scriba servorum* | *praeses possessionum* (*templi*) | *ostiarius*, | *medicus*. |

Nomina propria virorum qui impensas fecerunt vel pecuniam receperunt, sunt inter alia:



Thotmes et neχtχonsumes

Cum notationibus numericis adparet etiam signum hieraticum  quod respondet hieroglyphico , et maximam mensuram capacitatis exprimit ([1]).

Observandum est quod Champollionius in sua recensione, quam saepe indicavimus, in hoc papyro nomen legit Pharaonis Ramsetis quinti ([2]). Sed hoc regium nomen nullo modo adparet, prout judicavit etiam vir clarissimus Ernestus Schiaparellius, qui mihi de hac re, ut quoque de aliis super haec papyra, indicationes utillimas amicissime praebuit.

([1]) Cf. Chabas, *Recherches sur les poids, mesures et monnaies des anciens égyptiens*. Paris, 1876, pag. 8 seqq.

([2]) Catal. Champoll. Tab. XII, litt. C pag. 25.

# PAPYRUM XXXVIII.UM

N. 85-86.

Parva fragmenta litteris hieraticis libri per em heru. Sunt male simul conjuncta et male etiam, ut duo diversa papyra, hinc inde disposita. Nomen defuncti non adparet.

# PAPYRUM XXXIX.UM

N. 87.

Parva fragmenta ejusdem libri male cum aliis conjuncta. Continent symbola et figuras quasdam mutilas regionum mundi subterranei.

# PAPYRUM XL.UM

N. 88 (1).

Papyrum litteris demoticis vigintiquinque lineis horizontalibus constans. Continet textum stipulationis habitae tempore Psammitici I, saeculo ante Christum septimo, uti adparet e prima linea ubi legitur indicatio chronologica diei duodecimae mensis *Mechir* (seu Januarii) et anni duodecimi Pharaonis Psammitici (a. 655 a. C.).

(1) Cf. Catal. Champ. pag. 25, Tab. XII, litt. A.

# PAPYRUM XLI.$^{um}$

N. 89.

Parva fragmenta litteris hieraticis fortasse libri p e r e m h e r u. Nomen defuncti non adparet.

# PAPYRUM XLII.$^{um}$

N. 90.

Fragmenta varia characteris hieratici recentioris aetatis et probabiliter temporis romanae dominationis. Textus erat, ut videtur, funebris argumenti.

# PAPYRUM XLIII.$^{um}$

N. 91 (1).

Papyrum continens tabulam quae pertinet ad librum Ṭ u a u et supplicia damnatorum exprimit in inferno juxta doctrinam veterum Aegyptiorum. Haec tabula spectat ad horam XI$^{am}$ noctis libri Ṭ u a u. Figurae sunt triplici ordine dispositae ut sequitur.

LINEA I. Titulus litteris hieroglyphicis:



Ṭ u a u   à s à r   n e b   à m e n t i

*Adoratio Osiridi domino regionis occidentalis.*

Post inscriptionem adest figura brachiis extensis ad instar orantis. In eadem linea adparet figura muliebris quae alas serpentis dividit: et sequuntur duo divinitates capite leonis quae culctro damnatos cruciantur et occidunt. De cruciatibus et de occisione damnatorum agitur etiam in capitulo quinquagesimo libri p e r e m h e r u: quod capitulum efficit ne homo ingrediatur locum supplicii, et locus iste per culctrum et cippum repraesentatur.

(1) Papirum hoc phototypice repraesentatur in tabula IV$^{a}$.

Linea II. Quatuor figurae geniorum, ex quibus prima humano capite sedens, altera pariter sedens cum disco solis in loco capitis, tertia est cynocephalum, quarta tandem cum diademate Aegypti inferioris manum supponit signo oculi mistici seu uṫa. Sequuntur symbola et emblemata varia, inter quae sceptrum et flagellum Osiridis oculus uṫa, flores, vasa et emblema sacrum deae Neit 𓋋.

Linea III. Cadaver jacens juxta flumen Uernes (1). — Oculus uṫa. — Piscis qui, ut animal immundum juxta Aegyptios, transmigrationem fortasse exprimit animarum hominum culpabilium. — Quatuor figurae geniorum infernalium qui sedent et culctrum sustinent ad damnatos cruciandos. Prima caput gerit vulturis et canis, secunda accipitris, tertia crocodili, quarta tandem canis silvestris.

Papyrum hoc unicum est in collectione nostra quod hanc tabulam referat et propterea alicujus momenti judicari debet.

---

# PAPYRUM XLIV.um

## N. 92 (2).

Papyrum hieraticum integrum triginta et sex lineis constans aetate romanae dominationis exaratum, ut ex indiciis paleographicis colligi potest. Continet preces erga deum Osiridem et alias divinitates ex libro per em heru vel aliis funereis documentis depromptas. In inferiore parte papyri ad dexteram respicientis adest defunctus orans ante Osiridem sceptro et flagello insignem. Apud defunctum legitur haec formula:



| Ṭuau | neb-f em | χet-f | χer-f | Chonsuthot | se en | Paṭuâsâr |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *Adorat* | *dominum suum* | *sequens eum* | *apud eum* | Chonsuthot | *filius* | Patuâsar |



| mes | en | Satχonsu |
|---|---|---|
| *natus* | *ex* | Satχonsu. |

(1) Hoc nomen litterali significatione interpretari potest *quod est extensum*. Iuxta opinionem Birch verbum uernes idem est atque οὐρανός graecorum.

(2) Cf. Catal. Champ. tab. XII, litt. H, pag. 27.

# PAPYRUM XLV.[um] (1)

### N. 93.


Papyrum libri per em heru signis hieraticis exaratum et nigris figuris illustratum, postremae aetatis saiticae. Pertinet ad mulierem sacerdotem Ammonis cui nomen et titulus:



aḥi åmon-rā Nestaneterten māχeru mes en neb pa Tapåmen
*Sacerdos Ammonis* Nestaneterten *justificata filia dominae* Tapamen

Columna I-II. — Supra columnas initiales delineata est navis funebris cum cadavere defunctae: et huic tabulae rituum funebrium subest textus capitulorum usque ad XIV[um] cum titulo: *Capitulum quod repellit immunditiem a corde defunctae.*

Columna III. — Tabula capituli XVI cum adoratione Solis. Infra est defuncta sedens et ante ipsam sacerdos qui thuribulum gerens sacrificium offert. Ante defunctam legitur:



åsår aḥi åmon Nestaneterten māχeru
*Defuncta sacerdos Ammonis* Nestaneterten *justificata.*

Columna IV-V. — Capitulum XVIII[um] cum invocationibus dei Thot et tabulis consuetis.

Columna VI. — Capitulum XIX[um]. *Capitulum coronae justitiae.* In tabula defuncta cum corona apud Osiridem.

Columna VII. — Capitulum XXI[um]. *Capitulum quo datur os defunctae.* Tabula extenditur ad capitula XXII[um] et XXIII[um] quae similiter agunt de aperitione oris.

Columna VIII. — Cap. XXIV cum tabula. *Cap. quo defunctae concessa sunt amuleta in divina regione inferiore.* — Cap. XXV ut supra. *Cap. quo homo sui memoriam habet in divina regione inferiore.* — Cap. XXVI u. s. *Cap. quod reddit cor homini in divina regione inferiore.*

(1) In museo Tab. 25. — Champoll. Tab. III litt. A, p. 17. 18.

Columna IX. — Cap. XXVII, *Cap. quod prohibet ut cor homini auferatur in divina regione inferiore.* cum tabula. — Cap. XXX cum titulo quod est praecedenti simile. — Cap. XLIV. In tabula adest defuncta ante Osiridem.

Columna X. — Cap. XLV. *Cap. quod evitare facit corruptionem.* — Cap. XLVI. *Cap. ne damnum fiat ei qui vivit in divina regione inferiore.* In tabula adest defuncta ante divinitatem cum ara oblationum. — Cap. XLVII cum tabula sed sine titulo. — Cap. XLVIII. Defuncta cum baculo ante aram. *Cap. quo homo exit cum veritate.* — Cap. XLIX cum tabula. *Cap. quo homo exit contra inimicos.*

Columna XI. — Cap. L cum tabula. *Cap. ne homo eat ad locum supplicii.* — Cap. LII. Defuncta cum baculo ante divinitatem cum ara oblationum. *Cap. ne homo comedat res immundas.* — Cap. LIII. Defuncta ante divinitatem cum ara u. s. et cum simili titulo.

Columna XII. — Cap. XXXVIII. Defuncta velam extensam gerit ante Osiridem. *Cap. quo homo vivit ex insufflationibus* — Cap. LIV. *Cap. quod dat insufflationes homini.* — Cap. LVI. Defuncta velam gerens u. s. cum eodem titulo.

Columna XIII. — Cap. LVII cum tabula. *Cap. quo inspirantur insufflationes.* — Cap. LIX. *Cap. quo homo aquam bibere potest in divina regione inferiore.*

Columna XIV. — Cap. LX. Defuncta purificationem recipit a manu quae e sicomoro prodit cum eodem titulo. — Cap. LXXXIX cum tabula volucris super cadaver volitantis seu animae humanae (Ba) quae se corpori iterum jungit. *Cap. quo anima corpori se jungit.*

Columna XV. — Cap. C. cum tabula. *Cap. quo anima corpori se jungit et ipse accedit ad naviculam solis.* — Cap. CI cum tabula. *Cap. protectionis naviculae solis.* Infra repetitum legitur idem capitulum $C^{um}$ cum eadem tabula.

Columna XVI. — Cap. CLXII cum tabula. *Cap. quod flammam excitat sub capite defuncti.* Ad calcem postremae columnae scriptum est  ī pu seu *finis*, ut in quibusdam aliis papyris est observandum (1).

Haec formula respondet formulae *explicit* quae saepe in fine codicum latinorum legitur.

(1) Est compendium formulae  ii pu nefer, seu *bene actum est.*

# PAPYRUM XLVI.UM


N. 94 (1).

Duo parva fragmenta litteris hieraticis libri per em heru. Superest figura defunctae et pars tabulae capituli LXXXIX quae animam super cadaver volitantem praebet et exprimit animam quae se corpori jungit. Pertinent haec fragmenta ad aliud papyrum quod infra descriptum exhibemus (2).

# PAPYRUM XLVII.UM

N. 95 (3).

Fragmentum libri per em heru aetatis recentioris aut ptolemaicae aut romanae dominationis. Scriptum fuit pro muliere cui nomen:



år nehår

Columna I. — Capitulum CLI sine titulo. In tabula cadaver cum diis Anubi et Nefti. Infra adest Anubis sub forma canis silvestris inter duas divinitates.

Columna II. — Capitulum CLII. *Cap. quo aedificatur domus super terram.* Purificatio defunctae bis repetita.

Columna III. — Capitulum CLXIII. Oculi mistici super crura et serpens misticus. *Cap. quo fit ne corpus corruptionem videat.*

(1) In museo Tab. XXV.
(2) Vide tabulam XIam musei.
(3) In museo Tab. XXV. — Champoll. tab. III litt. B, pag. 18.

Columna IV. — Cap. CLIV. Sol qui radiis cadaver involvit. *Cap. ne corpus defuncti corrumpatur.*

Columna V. — Cap. CLVIII. Torques qui dicitur usex. *Cap. aurei ornamenti quod ponitur ad collum defuncti.*

Columna VI. — Cap. CLXV. Deus Kem cum geniis.

Colunma VII. — Cap. CLXII. Vacca symbolica. *Cap. quo flamma excitatur sub capite defuncti.*

Columna VIII. — Aedes dei Osiridis uraeis et pennis exornata sub quibus est sol radians. Osiris adest in aula super thronum sedens et ante eum sunt quatuor genii funebres cum nominibus propriis: **Amset**, **Hapi**, **Ṭuaumutef**, **Kebsenuf**.

Defuncta ante aram oblationibus refertam libat divinitati. Ante deum adest inscriptio litteris hieroglyphicis.



**àsàr un nefer neter āa neb àbti suten en ḥeḥ ḥik er ṭetto**
*Osiris ens bonum deus magnus dominus Abydi rex aeternitatis rex in aeternum.*

Ante defunctam:




**asàr àrnehàr māχeru mes en nebt pa.....**
*defuncta* **àrnehàr** *justificata filia mulieris* ..... (1).

(1) Nomen matris est incertae lectionis.

# PAPYRUM XLVIII.UM

N. 96-98 (1).

Papyrum hieraticum continens capitula quaedam libri per em heru nigris figuris illustratum et aetatis fortasse ptolemaicae. Pertinet ad sacerdotem cui titulus et nomen:



neter hon tep en åmun Nes-pa-rer-taui māχeru
*Sacerdos primus Ammonis* Nesparertaui *justificatus*

Nomen matris ejus erat:



Tasetχonsu

**Folium I.** N. 96. (Pars superior).

Columna I. — Pars tabulae capituli XVI. Mulier orans ante discum Solis rubro colore depictum: ad laevam adest symbolum orientis. Supra est navis symbolica cum diis Rā, Osiride et χepra. Deest figura defuncti ob fracturam papyri.


Columna II. — Pars tabulae capituli XVII ubi aspicitur defunctus ante tabulam lusoriam, navis cum sacro ariete et aliae figurae ejusdem tabulae. Subest textus capituli XVIII cui conjunctae sunt tres tabulae adorationum ejusdem capituli.

**Folium II.** N. 97.

Pars superior tabulae capituli CX quae exprimit campum Aanuro seu Elysios Aegyptiorum.

(1) In mus. tab. 22.

Defunctus prope aram oblationum orat ante tres divinitates sedentes super basim. Post defunctum adest sacerdos, et deus **Thot** qui scribit. — Supra deum est inscriptio:



paut neteru āā

*Collectio magna deorum.*

Defunctus in navi prope aram sacris oblationibus refertam. — Supra figuram defuncti legitur ejus nomen breviatum hoc modo:




åsår neter hon tep amun nes rer taui māχeru (1)

Idem defunctus foculum offert avi capite humano (Ba), apud quem sunt accipiter sacer et tres imagines divinitatum. — Adsunt inscriptiones:

(superius) 

Huṭ neter nefer neb pet


*Deus bonus regionis Hut dominus coeli.*

(inferius) 

un-n-f hotep χent seχ et åanuro

*Fiant ei oblationes in campo aanuro (seu in Elysiis).*

Sequitur textus capituli XIX cum titulo:




Ro en maḥu en māχeru

*Capitulum coronae justificationis.*

In textu ipso adest tabula defuncti qui coronam Osiridi offert. Idem textus sequitur in columna altera ubi legitur:

Cap. XXI.



Ro en ertā ro en sa en f em neter χer

*Capitulum quo datur os homini in divina regione inferiore.*

Tabula caeremoniae åp-ro seu aperitionis oris.

(1) Hic notandum est quod signum  respondet lecturae  tep, et signum  lecturae  åmun.

## Folium III. N. 98.

Pars superior tabulae capituli CXXV. Superest epistylium aulae Amenti ureis sacris, simiis et geniis exornata. Sub epistylio adparent capita judicum infernalium. Supra tabulam postrema signa hieratica supersunt tituli hujus capituli hoc modo:



. . . . **ta pa māti**

. . . . *sedes duplicis justitiae.*

Cap. XXXVIII



**Ro en ānχ em nifu em neter χer**

*Capitulum quo vivitur ex insuflationibus in divina regione inferiore.*

Cap. LIV.




**Ro en ertā nifu en sa em neter χer**

*Capitulum quod concedit insuflationes homini in divina regione inferiore.*

Defunctus velam extensam sustinet ante divinitatem.

Cap. CLXII.



**Ro en ertā χeper bes χer tep en χu**

*Capitulum quo excitatur flamma sub capite defuncti*

Defunctus genibus flexis vaccam mysticam adorat, post quam est dea **Hathor**.

# PAPYRUM XLIX.um

N. 99 (1).

Parva fragmenta et male disposita characteris hieratici libri per em heru, aetatis saiticae, cum reliquiis figurarum.

# PAPYRUM L.um

N. 100 (2).

Alia fragmenta similia ejusdem libri, cum quibusdam figuris.

# PAPYRUM LI.um

N. 101 (3).

Parva fragmenta ut supra sed absque figuris. Hisce accedunt fragmenta quaedam hieratica antiquiora et fortasse dynastiae XXIIae.

(1) In museo. Tab. 23. — (2) In museo. Tab. 24. — (3) In museo. Tab. 27.

# PAPYRUM LII.um

## N. 102 (1).

Fragmenta characteris demotici, quae pertinent fortasse ad textum privatae computationis et continent seriem nominum. Accedunt etiam fragmenta quaedam characteris aramaici.

# PAPYRUM LIII.um

## N. 103. 104. 105 (2).


Tria fragmenta textus computationis litteris demoticis exarata. In postremo sunt nomina columnis verticalibus disposita.

(1) In museo. Tab. 26. — (2) In museo. Tab. 28.

# PAPYRUM LIV.UM

N. 104 (1).

Papyrum hieraticum figuris depictis illustratum aetatis saiticae continens partem postremam libri p e r e m h e r u. Pertinet ad defunctum sacerdotem cui titulus et nomen:



n e t e r h o n e n A m u n e m A p t · P a ṭ u à m e n - n e b - n e s - t a u i m ā χ e r u
*sacerdos* *Ammonis in* *Thebe* P a t u a m e n - n e b - n e s - t a u i *justificatus* (2)

Columna I. — Tabula capituli CXLIII exprimens naves sacras et defunctum orantem.

Columna II. — Capitulum CXLIVum cum tabulis septem aularum.


Columna III. — Capitulum CXLVum cum tabulis XXI aedium sacrarum, apud quas defunctus orans ante divinitatem quae aedem defendit et custodit.

Columna IV. — Capitulum CXLVIum cum tabulis XIV aularum.

Columna V. — Continuatio et finis textus capituli CXLVI.

Columna VI. — Capitulum CXLVIIum cum VII tabulis defuncti orantis ante genios inferos et varias divinitates.

Columna VII. — Capitulum CXLVIII cum titulo:




s ā t e n s - à k e r χ u ḥ i r ḥ a t i e n R ā
*Capitulum quod perfectum reddit defunctum in corde Solis.*

Sub textu adest tabula defuncti orantis prope aram ante deum Sokari post quem est dea regionis Amenti. In tabula legitur litteris hieroglyphicis.


(1) In museo. Tab. Ia. — In catal Champoll. Tab. VIII, pag. 21.
(2) Hoc nomen sic legitur in lexico Lieblein 1282, 1321, 1326.

**Ante divinitatem:**



**åsår χent amenti neb ḥeḥ ḥik er ṫet to åment nefer**
*Osiris residens in occidente dominus aeternitatis rex in aeternum Occidens bonus*

**Supra defunctum:**



**åsår χent åmenti neter hon en åmun em Apt**
*Defunctus residens in occidente sacerdos Ammonis in Thebe*

---



**Paṭuåmunnebnestaui maχeru**
**Patuamunnebnestaui** *justificatus.*

Sequuntur duo tabulae: in prima sunt septem vaccae et taurus sacer, in altera quatuor gubernacula navis sacrae et quatuor genii comites Osiridis.

Columna VIII. — Capitulum CXLIX$^{um}$ cum figuris XIV geniorum et variis symbolis.

Columna IX. — Tabula regionum quae constituit capitulum CL$^{um}$.

Columma X. — Pars textus capituli CLII sine tabula. Titulus est:



**Ro en ånbu ḥat åm ta**
*Capitulum quo aedificatur domus in terra.*

Columna XI. — Tres tabulae capituli CLI: seu cadaver in lecto funebri compositum et duo canes sylvestres qui deum Anubim exprimunt.

Columna XII. — Continuatio et finis capituli CLII cum duplici tabula purificationis defuncti.

Columna XIII. — Capitulum CLIII$^{um}$.



**Ro en per em å'ṭa**
*Cap. quo (defunctus) exit e rete.*

[1] Haec formula est hic erronee notata.

Columna XIV. — Capitulum CLIV$^{um}$.



Ro en tum ertā seb χa sa em neter χer

*Capitulum ne transeat (corrumpetur) corpus hominis in divina regione inferiore.*

Sub textu est tabula solis radiantis super cadaver exsiccatum in lectu funebri jacens.

In columnis quae sequuntur tituli sunt prorsus evanidi.

Columna XV. — Capitulum CLV$^{um}$. Sub textu est tabula exprimens amuletum quod dicitur Tat.

Columna XVI. — Capitulum CLVI$^{um}$. Sub textu est amuletum menat.

Columna XVII. — Capitulum CLVII$^{um}$. Sub textu est vultur.

Columna XVIII. — Capitulum CLVIII$^{um}$. Supra textum est torques.

Columna XIX. — Capitulum CLIX$^{um}$. Supra textum parva columna.

Columna XX. — Capitulum CLX$^{um}$ quod agit de alio amuleto ad instar columnae.

Columna XXI. — Tabula capituli CLXI cum quatuor figuris dei Thot portas mysticas aperientis.

Ex hac columna usque ad finem papyrum nostrum est valde humiditate corruptum unde textus et tabulae non bene observantur.

Columna XXII. — Capitulum CLXIII$^{um}$ cum tabula oculi super crura.

Columna XXIII. — Capitulum CLXIV$^{um}$ cum tabula deae Nut inter duo monstra.

Columna XXIV. — Capitulum CLXV$^{um}$ cum tabula dei Kem itiphallici.

Columna XXV. — Capitulum CLXII$^{um}$ cum vacca Hathor. Et hic explicit papyrum.

# PAPYRUM LV.UM

## N. 105 (1).

Papyrum integrum litteris hieraticis formae irregularis, aetate romanae dominationis: continet textum funebrem ex libro per em heru et aliis hujusmodi documentis depromptum quinque columnis dispositum, cum precibus et invocationibus divinitatum. Nomen defuncti est  Ḥor.

Ad dexteram adest tabula nigris figuris quae artem aegyptio-romanam redolent. Deus Osiris sedet in solio cum sceptro et flagello et post eum adsunt deae Nephtis et Isis quae emblemata nominum seu  (ås) et  (neb-ḥat) sustinent in capite. Nephtis signum vitae manu sinistra gerit. Ante Osiridem aspicitur Anubis qui defunctum ad tribunal ducit: defunctus habet collo suspensam, ad instar amuleti, parvam imaginem deae veritatis (Ma). Horus autem, diademate utriusque Aegypti insignis, dextera manu libat super aram oblationum et sinistra thuribulum accensum porrigit divinitati.

# PAPYRUM LVI.UM

## N. 106 (2).

Papyrum hieraticum aetatis dynastiae XXIIae, quae dicitur Bubastitica (saec. X a Chr.), continens capitula quaedam libri per em heru. — Pertinet ad mulierem defunctam cui nomen et titulus:



| | | |
|---|---|---|
| Kemāt en | åmun | ii-mut |
| *Sacerdos* | *Ammonis* | Iimut |

(1) In museo. Tab. 2. — (2) In museo. Tab. 3.

Ad dexteram respicientis est tabula mutila ubi adparet pars anterior figurae defunctae ante deum Rā qui sedet in solio. Apud deum legitur:



Rā Ḥor χuti neter āa

Rā *Horus duplicis horizontis deus magnus.*

Apud defunctam:



åsår nebt pa Kemāt en Åmun īi-(mut)

*Defuncta domina sacerdos Ammonis* īi-mut.

Ad laevam legitur textus quatuor columnis dispositus.

Columna I. — Lin. I. Titulus cap. XXIII:




Ro en un ro en åsår .....

*Capitulum quod aperit os defunctae* .....

Idem titulus observatur in eadem columna in lineis XI[a], XIII[a] et XV[a].

Columna II. — Lin. V. Idem titulus.

Columna III. — Lin. V. Cap. CIV:



Ro en ḥims er åmu neteru āa-u

*Capitulum quo (defuncta) sedit inter socios deorum*

Lin. XIII. Cap. XCIV:



Ro en ṭebḥu pa Rā ḥnā ḥaqt em neter χer

*Capitulum quo invocatur deus* Rā *cum libatione cerevistae in divina reg. inf.*

Columna IV. — Sequitur textus capituli praecedentis usque ad exitum capituli. — Lin. VI. Incipit breviarium capituli XV a formula:



ṭuau Rā ḥotep-f em ānχ set

*adoratio deo Soli cum se abscondit in regione vitae.*

(1) Hoc verbum ḥaqt quod interpretatur pro potione cerevistae (ital. *birra*) et exprimit libationem hujus liquidi, non adparet in frequentiore textu capituli XCIV.

# PAPYRUM LVII.UM

## N. 107 (1).

Papyrum libri per em heru litteris hieraticis aetatis fortasse ptolemaicae, charactere parvo et denso exaratum. Tabulae textui impositae et commixtae, sunt vario colore depictae. Pertinet ad defunctum sacerdotem Ammonis cui nomen et titulus:



neter ḥon en amun em àpt Nesχonsu
*Sacerdos Ammonis in Thebe* Nesχonsu

Prima pars documenti deest et papyrum initium habet cum tabulis animalium maleficorum quae respondent capitulis a XXXI° ad XLIIum. Sequuntur regiones mysticae cum geniis. Adparet deinde aula judicii Osiridis seu tabula capituli CXXV. Iudicium exprimitur more solito: apud figuram defuncti, qui a duplici justitia recipitur, adest ejus nomen hieroglyphice scriptum cum titulis ut supra.

Sequitur cap. CXXVI continens tabulam lacus ignei in quo defunctus purificatur. Post hoc adsunt alia capitula quorum tituli sunt evanidi. In sequentibus columnis haec alia capitula observantur: Cap. CXXIX. — Cap. CXL. — Cap. CXLVIII. — Cap. CXLIX. — Cap. CL. Papyrum explicit cum tabula capituli CX quae campum Aanru seu Elysium aegyptiorum exprimit. Textus est lacunosus et corruptus, et partes quaedam sunt male dispositae.

# PAPYRUM LVIII.UM

## N. 108 (2).

Parva fragmenta textuum funebrium signis hieraticis recentioris aetatis cum reliquiis figurarum. Sunt valde mutila et confusa et male simul conjuncta.

(1) In museo. Tab. 4. In Catal. Champoll. Tab. 11, pag. 17. — (2) In museo. Tab. 9. Haec fragmenta, quamvis ad diversa papyra pertineant, tamen ob numerum et parvitatem, simplicitatis gratia, ut unicum papyrum notantur.

# PAPYRUM LIX.<sup>UM</sup>

## N. 109 ([1]).

**Papyrum integerrime servatum litteris hieroglyphicis, continens capitula quaedam libri per em heru. Pertinet ad aetatem saiticam et scriptum fuit pro muliere:**




Åsiturt  årt en  Naåsit
Åsiturt  *filia (mulieris)* Naasit

**Capitula sunt columnis verticalibus disposita et super capitula delineatae sunt tabulae ipsis capitulis respondentes.**

**In primis XLIII columnis scriptum est capitulum XVIII sine titulo, cum invocationibus dei Thot ut justificet animam defunctae adversus inimicos ejus. — In tabula adest defuncta ante divinitates. — Sequuntur haec alia capitula.**

Cap. XXI.



Ro en ertā ro en sa n. f em neter χer
*Capitulum quod reddit os homini in divina regione inferiore.*

In tabula adest sacerdos qui os aperit defunctae.


Cap. XXIII



Ro en un ro en sa em neter χer
*Capitulum quo reseratur os homini in divina regione inferiore.*

Sacerdos cum vase ante defunctam.

Cap. XXV.




Ro en ertā s-ka en sa em neter χer
*Capitulum quo homo meminit sui in divina regione inferiore.*

Sacerdos ante defunctam.

([1]) In museo. Tab. 14. In catal. Champoll. Tab. I, pag. 16.

Cap. XXVI.




**Ro en ertā ḥati en sa en-f em neter χer**

*Capitulum quod reddit cor homini in divina regione inferiore.*

Defuncta orans ante avem humano capite insignem quae animam symbolice exprimit.

Cap. XXVII.



**Ro en tum ertā tet en sa ḥati-f em neter χer**

*Capitulum ne auferatur cor homini in divina regione inferiore.*

Defuncta orans ante quatuor genios funereos.

Cap. XXX.



**Ro en tum ertā χesef tu ḥati en sa em neter χer**

*Capitulum ne oppositio fiat cordi hominis in divina regione inferiore.*

Defuncta orans ante scarabaeum.

Cap. XLIV.




**Ro en tum mut em neter χer**

*Capitulum ne moriatur (homo) in divina regione inferiore.*

Defuncta procedit cum baculo.

Cap. XLVII.




**Ro en tum ertā tet åstu en sa em neter χer**

*Capitulum ne auferatur sedes homini in divina regione inferiore.*

Defuncta cum baculo ante aedem sacram.

Cap. XLVIII.



**Ro en per em māχeru**

*Capitulum quo (homo) exit cum justificatione.*

Defuncta sola in tabula.

Cap. XLIX.



Ro en per er χeftu-f em neter χer

*Capitulum quo (homo) exit adversus inimicos in divina regione inferiore.*

Cap. L.




Ro en tum āk er neter nem

*Capitulum ne (homo) ingrediatur locum supplicii.*

Defuncta ante instrumentum supplicii.

Cap. LII.




Ro en tum àm ḥesu em neter χer

*Capitulum ne (homo) comedat res immundas in divina regione inferiore.*

Defuncta ante tabulam lusoriam.

Cap. LVII.



Ro en ses nifu em neter χer

*Capitulum quo (homo) respirat flatus aeris in divina regione inferiore.*

Defuncta erecta velam extensam gerit cui sequitur eadem defuncta sed.

Cap. LIX.




Ro en sàu mu em neter χer

*Capitulum quo (homo) bibit aquam in divina regione inferiore.*

Defuncta purificationem recipit a dea Nut ex arbore sicomori egrediente.

Cap. LXXII.




Ro en per em heru ba àmmaḥt

*Capitulum quo (homo) exit e die et pertransit regionem* àmmaḥt.

Defuncta orans ante duas divinitates.

Cap. LXXXIX.



Ro en ṭmai̯ ba-f er kat em neter χer

*Capitulum (quo) jungitur anima corpori in divina regione inferiore.*

Anima sub symbolo volucris volitantis super cadaver.


Cap. C.



Ro en ertā ḥotep ba χu ha-f er uȧa en Rā

*Capitulum quo pacem habet anima defuncti et accedit ad navem solis*

---



ḥnā ȧmu χetu-f .

*una cum sociis ejus.*

Defuncta in navicula solis pervenit ad Osiridem.

Papyrum explicit cum tabula magna capituli CXXV quae judicium exprimit Osiridis in Amenti. Haec tabula est valde similis illae quae jam descripta fuit in papyro defuncti Nes-χem (v. pag. 60 cf. tab. I^am).

# PAPYRUM LX.^UM

## N. 110 (1).

Fragmenta signis hieraticis quae ad diversa papyra pertinent libri per em heru et reliquias figurarum exhibent. Unum ex istis continet litanias Osiridis.

(1) In museo. Tab. 13. Haec fragmenta quamvis diversa sub unico numero notantur eadem de causa ac fragmenta n. 108.

# PAPYRUM LXI.um

N. 111 (1).

Parva fragmenta hieroglyphica et hieratica libri per em heru cum reliquiis tabularum. Haec etiam fragmenta unico sub numero notantur ut alia N. 108 et 110.

---

# PAPYRUM LXII.um

N. 112 (2).

Fragmentum papyri libri per em heru, aetatis fortasse ptolemaicae, signis hieraticis scriptum et nigris figuris illustratum.

Pertinet ad mulierem cui nomen:




**Tȧarpit** *vel* **Taropit.**

Partes tantum quorumdam capitulorum supersunt ut sequitur.

Columna I. — Pars superior tabulae capituli CXXV quae judicium Osiridis exprimit, cum consuetis inscriptionibus hieroglyphicis. Superest pars superior imaginis Osiridis, defunctae, divinitatum quae eam introducunt et librae qua fit psycostasia.

Columna II.

Cap. CXVII.



**Ro en šep maten em ro-set-ti**

*Capitulum quo (defuncta) iter facit ad regionem* **Ro-set-ti.**

Defuncta velam extensam sustinet ante aram.

(1) In museo. Tab. 12. — (2) In museo. Tab. 11.

Cap. CXVIII.



Ro en seperu ér ro-set-ti

*Capitulum quo (defuncta) pervenit ad regionem* Ro-set-ti.

Defuncta cum baculo viatorio procedit ad aediculam sacram.

Columna III.

Cap. CXXXVII.



Ro en s-ār kau

*Capitulum quo fit ut ascendat flamma.*

Supra textum adparet pars inferior tabulae cum figura defunctae et infra canis silvestris dei Anubis sedens super basim.

Cap. CXXXVIII.



Ro en āk er åbṭi

*Capitulum quo (defuncta) ingreditur Abydum.*


Columna IV.

Cap. C.

 (1)

Ro en ertā ḥotep Ba χu ertā ha-f er åa

*Capitulum quo donantur oblationes defunctis et ipsi ingrediuntur navim*



en Rā ḥnā åmu χetu-f

*Solis cum sociis ejus.*

In tabula superest pars inferior navis. Infra observatur deus Rā sedens in circulo solis.

Columna V.

Cap. CLV.




Ro en Tat nub

*Capitulum* Tat *aurei.*

In tabula amuletum quod dicitur Tat.

(1) Pro  uå.

Cap. CLVI.



Ro en Ṫa · en χnem

*Capitulum* Ṫa *lapidis pretiosi.*

Amuletum quod dicitur Ṫa prope aram oblationum.

Columna VI.

Cap. CLVIII.



Ro en use χ en nub

*Capitulum de torque aureo.*

In tabula torques.

Cap. CLIX.




Ro en ueṫ en neśem

*Capitulum parvae columnae lapidis viridis.*

In tabula hoc amuletum quod vitam florentem exprimit.

Columna VII.

Cap. CLXII.



Ro en ertā χeper bes χer tep en χu

*Capitulum quo excitatur flamma sub capite defunctae.*

In tabula aspicitur vacca quae deam Hathor symbolice exprimit et a defuncta adoratur. Haec pars postrema est lacunosa et corrupta.

# PAPYRUM LXIII.um (1)

## N. 113-114.

Papyrum supra linteum litteris hieroglyphicis vetustioris formae exaratum, duobus foliis constans, absque figuris. Textus lineis verticalibus dispositus ordine inverso est scriptus: scilicet legi debet a sinistra ad dexteram quamvis signa dextrorsum respiciant. Continet partem libri per em heru. Magni momenti est quia veterem lectionem praebet aetatis dynastiae XVIIIae (scilicet inter saeculum XVIIum et XVum a. Chr.), quae a frequentiore editione saitica haud modice differt (2).

Pertinet ad quemdam Åmenemåpt cui titulus mer ån ketu seu *scriba praeses opificum*. Nomen patris ejus erat: åbai.

## **Folium I.** N. 113 (A).

Linea I. — Papyrum initio caret et incipit a linea XIIa capituli primi juxta exemplar taurinense:

Linea IV. — Formula ejusdem capituli primi:



nen χem tu un śerau f åu mākit

*non inventum est malum in eo: est libra* (*plena* seu *satisfacta*)

Linea V. — Incipit capitulum XVIIum.



hā em stesu śesu sχu per em neter χer

*Initium* (*libri*) *resurrectionis animarum quo exeunt e divina regione subterranea*

(1) Hoc papyrum LXIII et sequens LXIV sunt in conclavi quod praecedit aulam papyrorum in tabulis A et B, C et D.

(2) De hoc papyro recensionem dedit v. cl. Eduardus Naville in suo praeclaro opere: *Das ägyptische Todtenbuch der XVIII bis XX Dynastie* (Berlin 1886), pag. 83, 84.



sam em Âmenti Ro en per em heru ârt χeperu
*et junguntur Amenti. Capitulum quo (spiritus) exit e die et transformatur*

---



neb meri f ḥebā sent en ḥims em sek
*prout vult et (defunctus) ludit scrupis et sedit in aula*

---



per em ānχi ân âmenemâpt
*exit ad vitam (defunctus)* âmenemâpt.

Sequitur textus hujus capituli, in quo legitur rubrica:



pu ti ref su pu ti ref set
*Quid est hoc?*

Linea C. — Est prorsus evanida et variis partibus carens sicuti viginti quae praecedunt. Ibi legitur pars capituli XVIII, cum invocationibus ad deum Thot.

In columna CXXVIII legitur rubrica



âr reχ ro pen per pu em heru ....... śenâ ârt
*Qui novit capitulum hoc exit e die ....... ..... facit*

---



χeperu er ṭu ḥati-f un em ....
*transformationes quas concedit cor ejus ....*

Linea CXXIX. — Incipit textus capituli XV, qui differt a redactione saitica et hunc titulum praebet:



Ro en per em heru ma âr em âten ḥotep em ānχ em âmenti
*Capit. quo defunctus exit e die et vidit discum solis et requiescit in vita in* âmenti

Sequitur pars lacunosa et postea lineae quaedam capituli incogniti. Sequuntur tituli rubricati capitulorum ut sequitur.

Linea CXLV. — Capitulum CLXXXI^um (1):



Ro ăk er Tatau ... ȧsȧr semu Ṭuau

*Capitulum (quo defunctus) ingreditur regionem* Tatau *et transit per regionem* Tuau.

## Folium II N. 114 (B).

Sequitur capitulum CLXXXI usque ad lineam octavam, huic adiectae sunt litaniae Solis et sequentes lineae sunt valde corruptae. Pars inferior papyri est hinc inde lacunosa.


Linea XXXVII. — Capitulum CLXXXII^um (2):



śat en Tatȧu ȧsȧr ertā nifu em rā χesef χeftu en ȧsȧr

*Liber* Tatau *quo defuncto dantur flatus .... dei* Rā *et quo fit oppositio adversus inimicos defuncti.*

Linea LXXI. — Capitulum CXXIV^um.



Ro en ha er tatau

*Capitulum quo pervenit (defunctus) ad divinos praesides Osiridis.*

Linea LXXXIV. — Cap. LXXXIII.



Ro en ȧrt χeperu em bennu

*Capitulum quo fit transformatio in phoenicem.*

Linea XCVII. — Cap. CIX.



Ro en reχ bau ȧbti

*Capitulum quo (defunctus) cognoscit spiritus orientis.*


(1) Capitulum hoc non adparet in frequentiore textu saitico. — (2) Non adparet in textu saitico.

LINEA CIV. — Cap. LXVIII.



**Ro en per em heru**
*Capitulum quo defunctus exit e die*

LINEA CXXX. — Cap. LXV.



**Ro en per em heru seχem em χeftu-f.**
*Capitulum quo (defunctus) exit e die et dominatur inimicis suis.*

LINEA CLV. — Cap. VIII.



**Ro en āb åmenti per em heru**
*Capitulum quo (defunctus) percurrit regionem Amenti et exit in die.*

Cum hoc capitulo explicit papyrum hoc quod magni momenti profecto est et collectionis nostrae vetustissimum.

---

# PAPYRUM LXIV.um [1]

---

N. 115-116.

Papyrum litteris hieroglificis et figuris depictis illustratum duobus foliis constans continens partem textus per em heru antiquioris recentionis: pertinet ad aetatem dynastiae XIXae seu ad saeculum ante Christum decimumquartum vel decimumtertium.

(1) In eadem aula in tabulis C et D.

Scriptura est columnis ut dicitur retrogradis exarata. Columnae textus sunt lacunosae et corruptae. — Pertinet ad quemdam scribam regalis thesauri cui nomen et titulus:



àsàr àn pa het̆ en neb taui Kenenḥor
*Defunctus scriba thesauri domini utriusque regionis* Kenenḥor

Titulus alter hujus defuncti erat mer àru χesbetu seu praeses opificum qui se exercent ad fabricationem lapislazuli, prout adparet e columna I^a folii I (1).

**Folium I.** N. 115 (C).

Exhibet imaginem uxoris defuncti cum nomine proprio Ptḥamerit cui sequuntur columnae quaedam lacunosae cum precibus ut fiant defuncto purificationes et oblationes thuris, aquae lustralis et àrp seu *vini.*

Sequitur fragmentum tabulae judicii cum diis Anubi et Horo ante libram: postea canis silvestris et serpens: infra aspicitur avis animae (ba) et tabula oblationum. Sequitur tabula defuncti orantis, post quem adest uxor et haec etiam brachiis extensis ad instar orantis. — Subest pars textus qui ad capitulum judicii spectat et incipit a rubrica:



t̆etu àn àsàr em per em usex māati
*Res dicendae a defuncto cum exit ex aula duplicis justitiae.*

**Folium II.** N. 116 (D).

Constat tribus fragmentis male dispositis, quorum primum illud collocari debet quod est ad dexteram respicientis et sic deinceps. In hoc primo fragmento legitur pars textus capituli CXXV cum confessione negativa defuncti ante judices comites Osiridis et invocationibus eorumdem qui cum Osiride judicare debent. Sequitur aliud fragmentum cum geniis qui navem trahunt. — Adparet tandem imago defuncti ante aram cum praefericulo libationis, pars tab. cap. CX seu campi Aanru et taurus sacer tabulae capituli CXLVIII.

(1) Aegyptii appellabant χesbet ma (*χesbet verum*) lapislazulum naturalem et χesbet àrit (seu *factum*), lapidem ipsam artificio confectam. Complura amuleta et parva crepundia erant ex hoc lapide.

# PAPYRUM LXV.UM

N. 117 (1).

Fragmentum hieraticum libri per em heru. Supersunt tabulae quaedam defuncti adversus animalia malefica dimicantis et quae respondent capitulis a XXXI ad XXXVII. Litterae et figurae sunt corruptae et evanidae.

# PAPYRUM LXVI.UM

N. 118-119.

Duo fragmenta lintei quae partem continent ejusdem libri litteris hieraticis et nigris figuris. In n. 118 superest pars textus et tabulae capituli XVII. In n. 119 superest tabula sacrificii ante sepulcrum quae initium indicat totius libri. Documentum est recentioris aetatis.

# PAPYRUM LXVII.UM

N. 120.

Fragmentum papyri litteris demoticis exaratum continens parvum textum fortasse privatae rationis.

(1) Haec papyra quae sequuntur a N. 117 usque ad 127 sunt in aula praecedente. A n. 117 usque ad 121 in tabula E: a n. 122 usque ad 127 in tabula F. Sub tabulis adest inscriptio: MVNIFICENTIA · PII · IX · P · M · A · XII

# PAPYRUM LXVIII.UM

N. 121.

Parvum fragmentum continens verba quaedam characteris demotici.

# PAPYRUM LXIX.UM

N. 122 ([1]).

Papyrum litteris demoticis exaratum triginta lineis constans et continens parvum textum, fortasse epistolam vel aliquid rationis privatae.

# PAPYRUM LXX.UM

N. 123.

Parvum fragmentum litteris hieroglyphicis rudis formae et aetatis recentioris.

([1]) Tab. F. in eadem aula.

# PAPYRUM LXXI.um

N. 124.

Fragmentum papyri continens textum graecum, duobus columnis exaratum, litteris formae quae dicitur uncialis. Textus est lacunosus et corruptus, sed videtur aetatis christianae.

# PAPYRUM LXXII.um

N. 125.

Parvum fragmentum graecum litteris formae compendiosae et aetatis recentioris.

# PAPYRUM LXXIII.um

N. 126.

Parvum fragmentum litteris copticis in quo legitur nomen cujusdam abbatis Sabini.

# PAPYRUM LXXIV.UM

N. 127.

Parvum fragmentum continens paucas litteras copticas ex quibus nihil colligi potest.

# PAPYRUM LXXV.UM [1]

N. 128.

Tabula continens decem parva fragmenta copticis litteris recentioris aetatis. Insunt etiam parva quaedam fragmenta graeca.

# PAPYRUM LXXVI.UM [2]

N. 129.

Papyrum graecum aetatis ptolemaicae continens epistolam supplicem cujusdam Ptolomaei filii Glauciae ad regem Ptolomaeum Philometorem et reginam Cleopatram cum indicatione anni XIX regni scilicet anni CLXIII ante Christum. In epistola, tribus laterculis exarata, quaeritur scriptor de persecutionibus quae patiebatur ab Aegyptiis in Serapeo apud Memphim ubi ipse degebat, eo quod Graecus esset. — Incipit ***Αναβαντον σοῦ εις τὸ Σαραπειον*** .... « Explicit cum salutatione » : *εντυχειτε.*

Editum fuit ab Angelo Majo in suo opere «*Classici auctores*». Tomo V° p. 352 [3].

(1) In aula papyrorum sub N. 5. — (2) Papyra graeca et coptica quae sequuntur a N. 129 usque ad finem sunt in Bibliotheca: et hic descripta sunt in fine voluminis ut conjuncta essent aliis ejusdem naturae papyris. — (3) Extant alia papyra quae de eadem re agunt et sunt in museo londinensi et in Bibliotheca parisiensi. cf. Deveria, *Catalogue des manuscrits égyptiens* pag. 241 segg. Haec duo papyra vaticana sunt inter codices vaticanos graecos n. 2303.

# PAPYRUM LXXVII.UM

N. 130.

(In aversa parte praecedentis).

Papyrum graecum continens aliam epistolam supplicem ejusdem Ptolomaei et eidem regi scriptam duobus laterculis exaratam. In epistola agitur de eadem re. Incipit *Αδικοῦμαι*: explicit cum eadem salutatione *ευτυχειτε*.

Editum fuit ab Angelo Majo (l. c. pag. 356).

# PAPYRUM LXXVIII.UM (1)

N. 131.

Papyrum graecum continens epistolam ejusdem ad Serapionem de eodem argumento. Incipit *Σαραπιωνι των διαδοχων* ..... Explicit *ευτυχη*.

# PAPYRUM LXXIX.UM

N. 132.

Papyrum graecum continens aliam epistolam ejusdem ad eumdem Serapionem. Incipit *Σαραπιωνι των διαδοχων* ..... Explicit *ευτυχη*.

(1) Hoc papyrum et quae sequuntur a N. 131 ad 134 recognita fuerunt a viro clarissimo Josepho Cozza bibliothecarii sedis apostolicae vices gerente et nunc sunt inter codices vaticanos graecos sub N. 2289.

# PAPYRUM LXXX.UM

N. 133.

Papyrum graecum ejusdem aetatis continens epistolam Mendenis ad Teonem in qua nota impensarum legitur cum indicatione olei frumenti et aliarum rerum. Incipit *Μεννηδης Θεωνι χαιρες* . . . . . Explicit *ως καθηκει.*

# PAPYRUM LXXXI.UM

N. 134.

Papyrum graecum ejusdem aetatis continens epistolam familiarem Dionysii ad Polistionem fratrem cum variis salutationibus. Incipit *Διονυσιος Πολιστιωνι τω αδελφω*. Explicit *ερρωσω.*

# PAPYRUM LXXXII.UM

N. 135.

Papyrum graecum continens epistolam supplicem Ptolomaei Pavisii filii ad Dionisium strategum in qua agitur de injuriis quas ipse sustulit in Serapeo ubi degebat. Videtur aetatis Ptolomaei Alexandri et fortasse anni 88 ante Christum. Ad calcem epistolae legitur rescriptum strategi. In aversa parte est indicatio anni 19 (fortasse regis suprascripti) et diei 21 mensis Phaophi seu octobris, cum inscriptione ad quemdam Menedemum (1).

(1) Cf. Mai, *Classicis auctores.* Vol. IV, pag. 444-45.

# PAPYRUM LXXXIII.UM

### N. 136 ([1]).

Sub numeris a 136 usque ad 138 tabulas tres indicamus, quae nunc in Bibliotheca adservantur, ubi fragmenta varia opistographa sunt inclusa papyrorum copticis litteris quae dicuntur saiticae, saeculi quinti vel sexti post Christum. In N. 136, inter alia, fragmentum servatur quod videtur psalmorum.

# PAPYRUM LXXXIV.UM

### N. 137.

Fragmenta u. s. quae videntur ad sacram concionem pertinere.

# PAPYRUM LXXXV.UM

### N. 138.

Fragmenta u. s. fortasse sermonis vel commentarii sacri textus.

([1]) Haec fragmenta coptica examinata fuerunt a rev. p. Augustino Ciasca nunc archiepiscopo Larissensi et a viro clarissimo Francisco Rossio musei aegyptiaci taurinensis moderatore.

FINIS

## TABULA SYNOPTICA

Papyra vaticana huc usque descripta, si ex his fragmenta parvi momenti excipias, ita enumerari possunt (1).

| | | |
|---|---|---|
| **Hieroglyphica** N. 16, | quorum | in Bibliotheca N. 6.<br>in Museo N. 10. |
| **Hieratica** N. 37 | " | in Bibliotheca N. 7.<br>in Museo N. 30. |
| **Demotica** N. 9 | " | in Museo N. 9. |
| **Graeca** N. 9 | " | in Bibliotheca N. 7.<br>in Museo N. 2 |
| **Coptica** N. 6 | " | in Bibliotheca N. 3.<br>in Museo N. 3. |

Papyra quorum aetas judicari potest sunt:

DYNASTIAE XVIII.
(Saeculi a. Chr. XVII-XV).

Papyrum per em heru defuncti *Àmenemàpt* pag. 123.




DYNASTIAE XIX.
(Saeculi a. Chr. XIV-XIII).


Papyrum per em heru defunctae *Ṫetàmenàusānχ* pag. 40.
Fragmentum lintei pag. 49.
Papyrum magicum pag. 91.
Papyrum computationis pag. 97.
Papyrum per em heru defuncti *Kenenḥor* pag. 126.

DYNASTIAE XXII.
(Saeculi a. Chr. X).

Papyrum per em heru defuncti *Ḥor* pag. 74.
Papyrum per em heru defuncti *Setimes* pag. 85.
Papyrum per em heru defunctae *Nesχonsu* pag. 87.
Papyrum per em heru defunctae *Iimut* pag. 113.

(1) Papyra Bibliothecae quae prius pene latebant, nunc eruditorum utilitati et commodo partim in pluteis servantur partim sunt sub theca vitrea exposita.

| ERRATA | | | | | CORRIGE |
|---|---|---|---|---|---|
| PRAEF. pag. | VI | lin. | 18 | *Le papyre* | *Le papyrus* |
| » | | | | ibid. nota I *manuscripts* | *manuscrits* |
| Pag. | 9 | lin. | 3, 6 | *accipiter* | *accipitrem* |
| » | 14 | » | 11 | *iter* | *itineris* |
| » | 40 | » | 4 | ad quemdam  Ṫeṭ âmen | ad quamdam  Ṫeṭ-âmen-âu-s-ānχ |
| » | 53 | » | 1 |  |  |
| » | 79 | » | 10 |  |  |
| » | 96 | » | 20 | *uni* | *unius* |
| » | 103 | » | 2 | animam | avem |
| » | 106 | » | 12 | seχ et | seχet |
| » | 112 | » | 3 | *corrumpetur* | *corrumpatur* |



Col. III[A]

